Disquisitiones

de

analogiae graecae capitibus minus cognitis.

Scripsit

Fridericus Thiersch.

Pars prima:

I. De prosapia nominum quae e χείρ et νίπτω componuntur.

II. De usu et copulatione particularum quibus disjunctio, asseveratio et obtestatio indicantur.

Disquisitiones

de

analogiae graecae capitibus minus cognitis.

Scripsit

Fridericus Thiersch.

PRAEFATIO.

In perscribendis, quos sub manibus habeo, de Aeschyli Orestia commentariis criticis et exegeticis plura me dubium tenuerunt loca quorum aut explicatio aut emendatio legibus analogiae nondum satis firmatis aut usu linguae minus cognito niteretur. In eis investigandis cum terminos transgredi deberem, quibus hujusmodi commentariorum notae et observationes continentur, non alienum visum est a studiorum meorum ratione nonnulla ex hoc genere analogiae graecae capita novis curis pertractata seorsim edere, quae his Academiae nostrae annalibus comprehensa aequi lectores benevole precor excipiant.

Debam Monachii die I. Januarii 1851.

νιψ vel χερνίψ, χέρνιβα vel χερνίβα atque χέρνιβον actas inde ab Athenaei temporibus, adeoque controversas et perplexas, ut Heynio, viro praeclaro, ad Il. ω, 304 fastidium moverint, non sane injuria, quamquam ad huiusmodi fastidia perpetienda grammatici nati sunt, ut reliqui beatiores cura ipsorum ab eis liberentur. Itaque disquisitionem denuo inchoandam statui, cum viderem, ne a viris quidem principibus, qui in ea laboraverunt, ut ab Heynio l. l., A. Wolfio ad Demosth. Leptin. p. 375 sqq., nedum ab aliis, ut Erfurdtio ad Sophocl. Oed. R. v. 240, eam absolutam esse, et non pauca ejus remansisse capita quae accuratius tractari, atque locos corruptos, qui emendari deberent.

2.

De usu vocabulorum χέρνιβα et χέρνιβον homerico.

Ac Homerus quidem a χεὶρ et νίπτω nonnisi duas nominis formas χέρνιβα et χέρνιβον deduxit, prioremque quod jam Stanlejus observat nonnisi in Odyssea adhibuit et locis quidem septem. Horum sex ad manuum ante coenam lavationes spectant: Od. α, 136. δ, 52. η, 172. κ, 368. ο, 135. ρ, 91. Ejus usus in Iliade nullum vestigium, neque constat num poëta eum commemorare omiserit, an illotas manus dapibus praepositis convivae injecerint, et cultiori vitae, quam Odyssea refert, hoc quoque tribuendum sit ut χέρνιβα ante coenam heroes et heroum filii ac hospites adhibeant. Versus sex locorum iidem sunt:

Χέρνιβα δ'ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος
Νίψασθαι.

De sensu vocis Eustathius p. 1400 l. 59 ad Od. α, v. 137: χέρνιβα δὲ τὸ κατὰ χειρὸς διδόμενον ὕδωρ. Eadem fere reliqui. Ipsa consuetudo apud recentiores mansit; sed novo modo expressa est, et plerumque aqua sola commemoratur teste Athenaeo IX. p. 408 C

dicta *κατὰ χειρὸς ὕδωρ, κατὰ χειρῶν δοῦναι, κατὰ χειρῶν λαμβάνειν*. Hinc Pollux VI, 92: *χέρνιβα Ὅμηρος τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ καὶ χερνίψασθαι*. Similia alii, qui plerumque ex Athenaeo sua derivant, ut Eustath. ad Od. l. l. et pag. 1401. Structuram negligentiores ita ordinabant, ut *προχόῳ ἐπέχευεν* vel *χέρνιβα* (*ἐν*) *προχόῳ* conjungerent; unde vulgata pendet versio latina usque ad Ernestium propagata: „Aquam vero ancilla ex gutto profundebat ferens, Pulchro, aureo, super argenteum lebetem.“ Verum ex parte perspexit jam vetus paraphrastes ap. Eustath. p. 1400 l. 50: *χέρνιβα δ' ἀμφίπολος κ. τ. λ. ἤγουν κατὰ παραφραστὴν πρῶτον μὲν κατὰ χειρὸς θεράπαινα ἔφερε, χρυσῇ προχόῳ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος Νίψασθαι*. Vera haud dubie junctura *προχόῳ ἔφερε*. Sed ad *ἐπέχευε* intell. *χερσίν*, quod plena dictione est Il. *ω*, 303 *χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι* et absque vasorum commemoratione Od. *α*, 146 simpliciter dictum est:

τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν.

Lotio manuum non in ipso lebete fit, sed *ὑπὲρ λέβητος*, super eo, dum aqua ex gutto profusa in lebetem defluit, manibus lavantis intercepta. Accurate autem utramque rem distinxit: *profundibulum*, ut ita dicam et pelvim. Cf. Pollux VI, 92: *ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ συμποτικὸν ἦν, χέρνιβα μὲν τὸ ὕδωρ Ὅμηρος καλεῖ, πρόχοον δὲ τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον* (diversa tamen *ὑδρία*, qua aqua e fonte profluens excipitur), *λέβητα δὲ τὸ ὑποδεχόμενον*.

Paullo diversa est ratio unici loci, in quo *χέρνιβα* de manuum ante *sacrificium* lotione adhibuit, quod Nestor cum suis Minervae offert Od. *γ*, 440 seqq.:

Χέρνιβα δέ σφ' (scr. *δέ σφι*) *Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι*
Ἤλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων, ἑτέρῃ δ' ἔχεν οὐλὰς
Ἐν κανέῳ . . . .
. . . . *γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ*

Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο.

Λέβης si dicitur *ἀνθεμόεις*, id ad flores et folia referam affabre sculpta, coll. Od. ω, 275: *δῶκε δέ οἱ κρητῆρα πανάργυρον, ἀνθεμόεντα*, quale *κισσύβιον* promittitur Theocr. I, 29:

Τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος. ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκοέντι.

Deest in illo sacrificio *ἡ πρόχοος*, sed accedit *τὸ κανοῦν*, ad sacra necessarium. Hoc cum molas contineret, inde concludas, pelvi aquam contentam fuisse non tamen ita, ut *λέβης ἀντὶ τῆς προχόου* diceretur, ut recte monet Eustathius p. 1476 l. 25: *ἔοικε μὲν λέγειν λέβητα τὴν πρόχοον, ἤτοι τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον ξέστην* (sextarium) *περιέχοντα χέρνιβα, ὅ ἐστιν ὕδωρ κατὰ χειρῶν*, sed alio modo. — Pergit idem: *τὸ δ' ἐστὶν οὐχ οὕτως ἔχον. ἀρέσκει γὰρ τοῖς παλαιοῖς λέβητα τὸ ἐνταῦθα νοεῖν τὸ καθ' ἡμᾶς χερνίβιον· ἐντὸς δὲ αὐτοῦ κεῖσθαι τὴν πρόχοον φέρουσαν χέρνιβα· ὁ μέντοι ποιητὴς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν δηλῶσαι θελήσας χέρνιβα μὲν εἶπε τουτέστι τὸ περιεχόμενον ὕδωρ, τὸ δὲ περιέχον ἐσίγησεν, ἤγουν τὴν πρόχοον. ἀλλαχοῦ δ' ἐντελέστερον φράζων ἔφη Χέρνιβα δ' κ. τ. λ.* Si quis statuat, pelvi jam infusam fuisse aquam, quum afferretur, eoque gutto opus non fuisse, adversum habet sacrificiorum ritum. Vera et integra *κάθαρσις* non fit nisi aqua *pura* aut *aspersa* aut manibus *superfusa* nec aliter fieri potest. Nam aqua manuum purgandarum caussa jam in pelvim profusa, dum in ea fieret lotio, *ἀπονίμματι* turparetur et in ipso actu impura fieret. Neque obscurum, quare *πρόχοος* pelvi imposita afferatur. Arctus enim altera manu, qua *πρόχοος* ferebatur, ad canistrum ferendum opus habebat.

Succedit jam quaestio de v. *χέρνιβον*, quae *ἅπαξ λεγομένη* ad-

hibetur Il. ω, 301 de libatione, quam Hecubae hortatu Priamus Jovi parat ad Achillem profecturus:

Ἐσθλὸν γὰρ Διῒ χεῖρας ἀνασχέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ.
Ἦ ῥα, καὶ ἀμφίπολον ταμίην ὤτρυν' ὁ γεραιὸς
Χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι ἀκήρατον. ἡ δὲ παρέστη
Χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.

Sed de hoc ipso magnus inter veteres et recentiores dissensus. *Χέρνιβον* hic lectum fuisse praeter mss. testantur Athenaeus, Philemon aliique grammatici et scholiastae, qui fere statuerunt, *χέρνιβον* vas esse, quod *χερνίβιον* dicebatur Atticis, de quibus deinceps agetur. Alii, quibus improbabile videretur *χέρνιβον* et *χέρνιβα* diverso sensu adhiberi, totum versum spurium judicabant. Schol. A. Venet.: *ἀθετεῖται ὅτι παρὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ χέρνιβον τὸ ἀγγεῖον τὸ ὑποδεχόμενον τὸ ὕδωρ ὡς ἡμεῖς* (fort. *ὃ ἡμεῖς*) *χερνίβιον. Τοῦτο δὲ αὐτὸς εἴωθε καλεῖν λέβητα, τὸ δὲ κατὰ τῶν χειρῶν διδόμενον ὕδωρ χέρνιβα. Ἔνιοι δὲ διπλῇ σημειοῦνται ὡς ἅπαξ ἐνταῦθα λεγόμενον.* Hi igitur in usu peculiari notando substiterunt. Num vero constans fuit lectio *χέρνιβον* apud Alexandrinos et unica? Non videtur. Schol. B. Venetus et Mosc. *χέρνιβον. οὐχ ὥς τινες τὸ ἀγγεῖον· ἐπιφέρει γὰρ πρόχοόν θ' ἅμα, ἀεὶ δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ ὕδωρ δηλοῖ.* Apud poëtam id de *χέρνιβα* tantum valet, nec potuerunt nulla addita caussa id ad *χέρνιβον* transferre scholiastae. Ex hoc sequeretur, in fine scribendum *τὸ ὕδωρ δηλοῖ τὰ χέρνιβα.* Hi igitur *χέρνιβα ἀμφίπολος* cum hiatu scriptum videntur invenisse. Eodem ducimur scholiis Victorianis, quae Townlejanorum sunt apographum. Haec ad l. l.: *Χέρνιβον· ἡ Μασσαλιωτική· ταμίη μετὰ χερσὶν ἔχουσα· διὰ τὸ μὴ εἰρῆσθαι νῦν συνήθως αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σκεύους τὰ χέρνιβα, εἰ μὴ ἄρα ἑνικῶς ἐνθάδε γραπτέον χέρνιβον ἀμφίπολος.* Scholium luxatum esse perspexit Heynius, quod in ordinem redigas addendo *ἀθετεῖται* post

ἔχουσα, nec quidquam aliud mutandum cum sagaci Iliadis interprete. Omnia jam ordine procedunt et schol. putavit versui succurri posse, si scribatur numero singulari *χέρνιβον*. Inde concludas, lectionem scholiastae A: *χέρνιβα ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα*, traditam fuisse in edit. Massiliensi. Jam sequeretur, *χέρνιβον* priscam fuisse conjecturam, qua hiatum tollere studerent critici Alexandrini antiquiores. Eodem fere delatus videtur Rich. Bentlejus, qui teste Heynio proposuit: *χέρνιβά τ' ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα* — improspere, quia nomen inter utramque *τε* contra epicum usum intruditur nec potest *προχόῳ θ' ἅμα* addi, siquidem *χέρνιβα* sensu suo jam commemorata erant. Quis enim dicat „aquam lustralem simul cum vase attulit", quae sine vase ferri non potest? Nec tamen temere statuendum, *χέρνιβον* mera conjectura niti. Nam quod *γραπτέον* dicit schol. Vict., id potest referri ad duplicem lectionem *χέρνιβα* et *χέρνιβον*, quarum posteriorem ille praeferendam judicaret. Et haec quidem eo ipso defenditur, quod tam multorum criticorum auctoritate nulla conjecturae suspicione firmatur versumque ab intolerabili hiatu vindicat. Quid vero ipsi versui jam fiet, si quidem *χέρνιβον* servatur et ad vas lustrale refertur? In ipsa forma nihil est, quod offendat, et diductis litteris *χειρόνιβον* apud Dores in usu mansit teste Epicharmo apud Athenaeum, qui pluralem praestat p. 408 B: *Ἐπίχαρμος δ' ἐν Θεάροις εἴρηκε* χειρόνιβα, *διὰ* (add. *τούτων*)

> *κιθάρα, τρίποδες, ἅρματα, τράπεζαι χαλκέαι* (scr. *χάλκεαι*)
> χειρόνιβα, *λοιβάσια, λέβητες χάλκεοι.*

Edd. habent, *λοιβιλέβητες*, Mss. *λοιβλιλέβητες*. Schweigh. *λοιβίδες, λέβητες*, quod probum. *Λοιβεῖα* eadem *λοιβάσια* et diminut. forma *λοιβίδες* quae sint Pollux X, 65 docet: *λοιβεῖον ᾧ τοὔλαιον* (nempe *ἐπισπένδεται*). Sed in fine molesta vocis *χάλκεοι* repetitio. Scribendum

> *χειρόνιβα, λοιβίδες, λέβητες* χρύσεοι.

Itaque satis firmatam puto sententiam, *χέρνιβα* apud Homerum de aquis lustralibus, *χέρνιβον*, quod Doribus *χειρόνιβον* fuit, de pelvi lustrali dictum fuisse. Jam ut ad Il. *ω*, 301 redeamus: *Ἦ ῥα καὶ ἀμφίπολον ταμίην ὤτρυν' ὁ γεραιὸς κ. τ. λ.*, vocabulum *ἀμφίπολος* post *ἡ δὲ παρέστη* prorsus superfluum et molestum, quia ex secundo, qui praecedit versu repetitum est. Corrupta igitur lectio, et cum *χέρνιβον* dicat, qui in Odyssea *λέβης ἀνθεμόεις* vel *ἀργύρεος* est, crediderim lectum fuisse *χέρνιβον ἀργύρεον πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα*. Hoc si verum lectio vitiata fuit priusquam Alexandrinorum curam Homerus expertus esset. In promptu autem erat, librarios ad *ἀμφίπολος* deferri, quod ex Odysseae locis, qui omnes a *χέρνιβα δ' ἀμφίπολος κ. τ. λ.* incipiunt, utriusque nominis junctura, interjecto tantum *δέ*, *χέρνιβα δ' ἀμφίπολος* memoriae et velut manibus scribentium inhaerebat. Ceterum *χέρνιβα* Lexicographi recentiores ab *ἡ χέρνιψ* deducunt, non excepto Passovio qui v. *χέρνιψ* monet, id semper in accus. *χέρνιβα* inveniri eumque fortasse solum esse casum numeri singularis, qui in usu sit, quod verum ex parte, si de Homero agitur, Atticorum enim *ἡ χέρνιψ* seu potius *χερνὶψ* gen. *τῆς χερνίβος* et reliquos casus infra videbimus. Jam vero si recte de ratione, quae inter *χέρνιβα* et *χέρνιβον* intercedit disputatum est, relinquenda haec opinio et statuendum, Homeri aevo nomen adjectivum fuisse *χέρνιβος, χερνίβη, χέρνιβον*, ex cujus formis poëta accusativo sing. *χέρνιβον* nempe vas, *ἄγγος* vel *σκεῦος*, et plur. *χέρνιβα* scil. *ὕδατα*, usus est. Neque aliter, ut vidimus, statuerunt veteres grammatici jam nominati et deinceps nominandi, quorum nullus *χέρνιβα* ad *χέρνιψ* diserte revocat contra omnes *χέρνιβα* in lemmate habent et per *τὸ ἐπὶ χειρὸς ὕδωρ, τὰ ἐπὶ χειρῶν ὕδατα* explicant, alii similiter, ut *Philemon* v. *χέρνιβα τὰ εἰς χεῖρας νίμματα χεόμενα*. Eodem modo aqua lotioni pedum inserviens *ποδάνιπτρα* dicta Odyss. *τ*, 343:

οὐδέ τί μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ. coll. 504:

. . . . γρηῦς δὲ δι' ἐκ μεγάροιο βεβήκει
Οἰσομένη ποδάνιπτρα· τὰ γὰρ πρότερ' ἔκχυτο πάντα.

Similiter apud recentiores χειρόνιπτρον in sing. de vase, χειρόνιπτρα de aqua ad lotionem manuum necessaria ubique fere adhiberi infra videbimus. Itaque χέρνιψ seorsim ab Homericis habendum et derivanda vox χέρνιβος ex ipsis radicibus *XEP* et *NIB*, ut fit in χαλκότυπος a *TYΠ*, χειρόγραφον a *ΓΡΑΦ* aliisque multis.

3.

De usu earundem vocum attico.

Successit dein aetas quae relictis formis adjectivis χέρνιβον et χέρνιβα ex iisdem radicibus ἡ χέρνιψ (ita vulgo acuunt) formaret aut antiquitus formatum adhiberet. Nam pro certo haud contendam subst. ἡ χέρνιψ ad priscam epicorum aetatem referri posse et debere. Videntur potius omnia ejusdem analogiae composita, ut κατώβλεψ, βοόκλεψ, οἰκότριψ, al. recentioris esse commatis. Nominativo usus est ipse Aeschylus Eum. v. 626 ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προσδέξεται. Genitivo Soph. Fragm. incert. 7 χέρνιβος θιγών. Aristoph. Av. 1129 ἐκ χέρνιβος. Hinc Hesych.: χέρνιβος τοῦ προχεομένου ὕδατος. Dativ. Thucyd. IV, 97: ὕδωρ τε ὃ ἦν ἄψαυστόν σφισιν πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ χέρνιβι χρῆσθαι, coll. Arist. Av. 896 μέλος χέρνιβι ἐπιβοᾶν, al. Accus. χέρνιβα Aristoph. Pax 921 ἄγε δή, τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα, περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια, Av. 850 παῖ παῖ τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα, coll. 958. Usus numeri pluralis χέρνιβες, χερνίβων, χέρνιβας frequens inprimis apud Atticos. Eo jam Draco usus fuit in Legg. ap. Demosth. Lept. p. 505, l. 14 de sicario: γράφων (ὁ Δράκων) χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, et eodem modo Andocides p. 618 l. 5. καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψάμενον. Notat Harpocration

p. 183 l. 25 ed. Bekkeri: *εἴη δ' ἂν ἀπ' ὀρθῆς τῆς χέρνιψ γενικὴ πληθυντικὴ χερνίβων*, nimirum cavens, ne ad Homericum *χέρνιβα* revocetur.

Jam si sensum formarum ad *χέρνιψ* revocandarum respicis, nunquam hae apud Atticos de manuum ante coenam lotionibus adhibentur, de quibus valet quod supra commemoravimus, auctore Athen. IX, p. 408 D. E: *Ἡ πλείστων δὲ χρῆσις κατὰ χειρὸς ὕδωρ εἴωθε λέγειν· ὡς Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει καὶ Ἀμειψίας Σφενδόνῃ, Ἀλκαῖός τε ἐν Ἱερῷ γάμῳ. Πλεῖστον δ' ἐστὶ τοῦτο. Φιλύλλιος δὲ ἐν Αὔγῃ κατὰ χειρῶν εἴρηκεν .... Μένανδρος Ὑδρίᾳ· οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες περιμένουσι φίλτατοι. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς κ. τ. λ.* ubi legendum

. . . . οἱ δὲ κατὰ χερῶν
Ἤδη λαβόντες περιμένουσι φίλτατε

nempe *Ἁρμόδιε καὶ Ἀριςόγειτον* i. e. *σκολιὸν* celeberrimum expectant post coenam ad pocula cani solitum. Quae de Aristophane grammatico addit Athenaeus haec sunt: *ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρὸς καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι. τοῖς γὰρ παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεται κατὰ χειρός· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. Ἔοικε δ' ὁ γραμματικὸς τοῦτο πεφυλαχέναι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· ἐπεί τοι Ὅμηρος πῇ μὲν φησὶ νίψασθαι . . . πῇ δὲ τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χειρὸς ἔχευαν.* — Ceterum siquidem salva lectio nec quidquam ante *ἀπονίψασθαι* excidit, nimis curiosus videtur fuisse grammaticus in distinguendo *τὸ κατὰ χειρὸς* et *ἀπονίψασθαι*, prius illud a lotione post coenam removendo. Nam *τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ* aequo modo *πρὸς τὸ νίψασθαι καὶ ἀπονίψασθαι* requirebatur. Apud Atticos igitur manuum ante coenam lotio nihil habet commune cum iis, quae *ἡ χέρνιψ* et *αἱ χέρνιβες* comprehendunt haecque nonnisi ad sacra et libationes pertinent. Quod significationem vocis attinet, si *κατώβλεψ* i. e. *ὁ κάτω βλέπων* et

similia conferas, ἡ χέρνιψ erit ἡ χεῖρας νίπτουσα πηγή, dicta sensu pendente, ut et aquam et vas lustratorium, quin et ipsam lustrationem significet. Hinc τὴν χέρνιβα καὶ τὸ κανοῦν junctum vidimus Aristoph. Pac. 921 et ap. Thucyd. l. l. fons, cujus aquam ceteroquin tangi nefas erat, πρὸς τὰ ἱερὰ χέρνιβι, ad lustrationem adhibetur. Vasis autem notio prorsus remota est a formis plur. et χέρνιβες non nisi aquae sunt quae ad lustrandum requiruntur ipsaeque lustrationes sacrae. Itaque junguntur χέρνιβες et προχύται i. e. οὐλαὶ Eurip. Iphig. Aul. 955: πικρὰς δὲ προχύτας χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται, quod Aristophanes τὸ κανοῦν καὶ τὴν χέρνιβα dixit. Hinc orsi vocem cum derivatis ad ipsa sacrificia transtulerunt Philemon: v. χέρνιβα . . . . χερνίψουσι δὲ παρὰ Λυκόφρονι (v. 184) ἀντὶ τοῦ σφαγιάζουσι, θύουσι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χερνίβων, οἷς καθαίρομεν τὰς χεῖρας, τὴν θυσίαν χέρνιβα εἶπεν ὡς καθαίρουσαν. Eadem Tzetzes ad Lyc. vers. laud. βύκταισι (i. e. ἀνέμοις) χερνίψουσιν ὠμησταὶ κόριν (crudeles, nempe Achivi Iphigeniam). Apud Eurip. Iphig. T. 58 ait Iphigenia:

θνήσκουσι δ'οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.

Iphig. A. 1479:

χερνίβων τε παγαῖσιν
ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναόν.

v. 1513:

στέφη (scr. στέφεσι) βαλομέναν (Iphigeniam) χερνίβων τε παγαῖς.

Huc referendum quod Eurip. Herc. 929:

εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης τόκος (nempe τὸν δαλὸν),

et quod Athenaeus l. l. 409 B addit: παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξίν·

αὐτοῦ τὴν χέρνιβα παύσεις.

Notat idem: ἔστι δὲ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλόν, ἐκ τοῦ βω-

μοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον.

4.

De accentu formarum quae ad ἡ χέρνιψ pertinent.

Sequitur jam, ut de *ὀρθοτονήσει* v. *χέρνιψ* agamus. Grammaticorum fere omnium erat sententia, formas ad *ἡ χέρνιψ* revocatas ad analogiam similium *βαρυτόνως* scribi debere; sed adversos habebant veteres Atticorum poëtarum libros manuscriptos. Arcadius *περὶ τόνων* p. 94. ed. Barkeri dum nomina in *αψ, εψ, ηψ, ιψ, οψ, υψ, ωψ* omnia *βαρυτόνως* notari docet, incluso *χέρνιψ* ait: *τὰ εἰς ψ ἔχοντα ι πρὸ τοῦ ψ βαρύνεται· σκευότριψ, παιδότριψ, χέρνιψ*, exceptiones tamen statuit, primam duorum nominum in *αψ* exeuntium: *τὰ εἰς ψ πολυσύλλαβα* (add. *ἔχοντα α πρὸ τοῦ ψ*) *βαρύνεται. ἄραψ, λαίλαψ, ψόραψ, τὸ δὲ πλινθοβὰψ καὶ πελεθοβὰψ ὀξύνεται.* Alteram constituunt nomina quaedam in *ωψ* desinentia, ut *μονώψ, κελαινώψ, τυφλώψ*, de quarum ratione postea dicetur.

Exceptionem, quae ad *χέρνιψ* pertinet, a nonnullis admissam fuisse auctor Lex. gr. commemorat, cujus fragmentum G. Hermannus in appendice ad librum de emend. gramm. gr. e codice Augustano, nunc Monacensi edidit p. 321 n. 14: *Τὰ ῥηματικὰ σύνθετα καὶ εἰς ψ λήγοντα ἐκ τοῦ διὰ δύο μμ παρακειμένου γινόμενα βαρύνεται. λέλειμμαι αἰγίλιψ, τέτριμμαι οἰκότριψ, κέκλεμμαι βοόκλεψ, βέβλεμμαι κατώβλεψ· ἐντεῦθεν καὶ τὴν χέρνιβα*, (add. *ἥν τινες χερνίβα φασίν*), *Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον.* Hoc quo pertineat Suidas aperit, qui poëtarum in hac re usum notat v. *χερνίβα... προπαροξυτόνως* (*χέρνιβα*) *κατὰ τὴν ἀναλογίαν, παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς παροξυτόνως* (*χερνίβα*). Idem *χερνίβος* laudato Aristoph. loco ex Avibus *ἐκ*

μιᾶς τε χερνίβος κ. τ. λ. **Pendet haec notatio a scholio in Demosth.,** quod e cod. Bavarico Reiskius Oratt. gr. T. II. p. 81 ad p. 505, 14 edidit: *χερνίβων εἴη ἂν ἀπὸ εὐθείας τῆς χέρνιψ· προπαροξυτόνως δὲ παρὰ τοῖς ποιηταῖς κατὰ τὴν ἀναλογίαν. καὶ ἐν χρήσει* (add. *τὸ ῥῆμα*)· *χερνιπτομένους παρ' αὐτοῖς τοῖς βωμοῖς ἀπέκτεινον ἀντὶ τοῦ νιπτομένους* (coll. Harpocr. v. *χερνίβων*), quae haud dubie corrupta. Neque enim *προπαροξύτονον* hic affertur, neque si id fieret, a poëtis id repeti poterat, quorum usus, ut Suidas indicat et clarius docebit Athenaeus, ab analogia hic recedebat. Scribendum igitur ex Suida .. *ἀπὸ εὐθείας τῆς χέρνιψ, χέρνιβος, προπαροξυτόνως κατὰ τὴν ἀναλογίαν, παροξυτόνως δὲ χερνίβος παρὰ τοῖς ποιηταῖς.* Lobeckius, magnus analogiae graecae stator, ad Phryn. p. 562 monet, Suidae et Harpocrationis ista notamina ex scholiis in Demosthenem hausta, quarum particulam hic ibi mutilatam codex Bavaricus redemerit additque: „Eoque exemplo intelligi volo, quantos usus hi commentarii vulgo neglecti ad complenda lexica graeca afferant, quorum glossas rhetoricas plerasque ex his fontibus manasse facile, si ad hujus libri institutum pertineret, probarem.“ Videtur tamen hujus, de qua agitur, observationis ceteroquin verissimae fons altius repetendus, quem, ni fallor, Athenaeus aperit, dum X, p. 409 uberiora de re tradit: *παρὰ μὲν τοῖς τραγικοῖς καὶ τοῖς κωμικοῖς παροξυτόνως ἀνέγνωσται χερνίβα· παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ* (Herc. F. v. 929)

εἰς χερνίβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος·

ἀλλὰ καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξίν·

αὐτοῦ τὴν χερνίβα παύσεις.

Paucis interjectis pergit .. *χρὴ μέν τοι προπαροξυτόνως* (nempe *χέρνιβα*) *προφέρεσθαι. Καὶ γὰρ τοιάδε ῥηματικὰ σύνθετα εἰς ψ λήγοντα γεγονότα παρὰ τὸν παρακείμενον τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου φυλάσσοντα ἔχοντά τε τοῦτον διὰ τῶν δύο μμ λεγόμενον*

βαρύνεται (ita Mss. oratione mutila et corrupta), *λέλειμμαι αἴγλιψ, τέτριμμαι οἰκότριψ, κέκλεμμαι βοόκλεψ, παρὰ Σοφοκλεῖ Ἑρμῆς,* (add. *βέβλεμμαι*) *κατώβλεψ παρὰ Ἀρχελάῳ τῷ Χεῤῥονησίτῃ ἐν τοῖς Ἰδιοφυέσιν· ἐν δὲ τοῖς πλαγίοις τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς φυλάττει τὴν τάσιν. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἥρωσιν χερνίβιον εἴρηκεν.* Haec in commentarios suos ad Odyss. retulit Eustathius, pluribus omissis, additis aliis, p. 1401, 12: *παρὰ δὲ τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς παροξυτόνως εὕρηται χερνίβα. Εὐριπίδης εἰς χερνίβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος . . . χρὴ μέντοι φησὶ* (scil. Athenaeus) *προπαροξυτόνως προφέρεσθαι· τὰ γὰρ τοιάδε ῥηματικὰ σύνθετα εἰς ψ λήγοντα φυλάττοντα παραλήγουσαν παρακειμένου παθητικοῦ δηλαδὴ λεγομένου διὰ τῶν δύο μμ, ἐξ οὗ καὶ γεγόνασι, βαρύνονται, λέλειμμαι, λέλειψαι, αἴγλιψ. τέτριμμαι, οἰκότριψ. κέκλεμμαι, βοόκλεψ. βέβλεμμαι, κατώβλεψ. οὕτως οὖν καὶ νένιμμαι χέρνιψ.* Ex his patet, Athenaei verba quae corrupta notavimus *ἔχοντά τε τοῦτον κ. τ. λ.* non esse corrigenda cum Schweighaeusero *φυλάσσουσιν, ἄν τε ἔχῃ τοῦτον διὰ,* sed ipsis Eustathii verbis scribendum *φυλάσσοντα παραλήγουσαν παρακειμένον διὰ τῶν δύο μμ λεγόμενον βαρύνεται,* quibus Eustathius nonnulla explicandi caussa interposuit. Nec obliteratam esse hanc *τόνωσιν* in Aristophanis Mss., quamquam neglectam a collatoribus, concludas ex Biseti verbis ad Aristoph. Av. 851: *ἐν τοῖς κάτω ὁ ποιητὴς τὴν χερνίβα παροξυτόνως πολλάκις λέγει, εἴπερ ἡ γραφὴ καλῶς ἔχει.* Grammaticorum igitur erat opinio, voces illas ex secunda persona perf. pass. formari, *λέλειψαι, αἴγλιψ* rel., et cum ejus characterem, *ψ* nempe, servarent, debere etiam *βαρυτόνως* ad modum eorum acui. Ratio ipsa nihili est; lubrica enim omnis est nomina ex certis verborum formis deducendi ars et licentia. Accedit, quod substantiva, quae vim activam habent, ex formis verborum passivis vel propter significationis differentiam procreari nequeunt, sed, ut ipsa verba, originem habent e radicibus *λιπ αἴγλιψ, τριβ οἰκότριψ,* reliqua. His igitur opinionum commentis non elevatur, quod Athenaeus contra af-

fert. Nimirum dum dicit ἀνέγνωσται, libros manuscriptos indicat eosque bibliothecae Alexandrinae, cujus e thesauris eruditionis suae copias derivare solet. Hi vero poëtarum Atticorum codices antiquiores utique erant Antonini Imperatoris, qua Athenaeus vivebat aetate possuntque ad illius bibliothecae κειμήλια, si quidem haec flammas Caesarianas evaserunt, referri, quae antiquitus Athenis Alexandriam fuere translata; ex eis enim refert, quae opinioni suo tempore receptae in tragicis et comicis Atticis repugnabant. Alio quaestionem deflectere videtur doctissimus auctor ἐπιμερισμῶν κατὰ στοιχεῖον, quos *J. A. Cramerus* Anecd. gr. t. V, 2. edidit. Is p. 424 l. 13 seqq. haec notat: Χέρνιψ, χέρνιβος· τὰ εἰς ψ λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς σύνθετα διὰ τοῦ π κλίνεται, εἰ μὴ ἔχουσι ῥῆμα εἰς βω, ὡς τὸ νίβω, τὸ νίπτω. παιδοτρίψ, τρίβω· χοιροθλίψ, θλίβω. Plura in his dubia. Non enim verisimile est, omissa exempla nominum, quae διὰ τοῦ π declinantur, et in fine τὸ νίβω, τὸ νίπτω simili modo lacunosa sunt. Quis vero sensus? cui in mentem venire potuit, ea, quae verbum in βω habent, per π declinari, hoc ut dedoceri deberet? Nec quidquam de accentu notatum, quem tamen postrema nomina peculiarem habent. Hinc putaverim, ἐπιμερισμῶν scriptorem accentu voluisse distinguere nomina, quae verba in πω aut in βω exeuntia haberent, ita ut illa βαρυτόνως, haec, ut factum ab ipso, ὀξυτόνως signari deberent. Hoc si verum est, scripsit: τὰ εἰς ψ λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς σύνθετα διὰ τοῦ π κλινόμενα βαρύνεται, ὡς αἰγίλιψ αἰγίλιπος, εἰ μὴ ἔχουσι ῥῆμα εἰς βω, ὡς τὸ χερνίψ, χερνίβος νίβω τὸ νίπτω, παιδοτρὶψ τρίβω κ. τ. λ. Utcunque ea sint, hoc apertum, doctrinam grammaticorum sibi non constitisse et fuisse nonnullos, qui inter ejus generis composita distinguendo a reliquis classem separarent, cui χερνίψ, χερνίβος ὀξυτόνως, non παροξυτόνως in vetustis poëtarum Atticorum codicibus signata sine damno reliquorum accenseri possent.

Rationem diversae hujus τονώσεως Arcadius p. 94. l. 22 tangit.

dum nomina in *ωψ* desinentia quoad accentum in duas classes distinguit his verbis: *τὰ εἰς ωψ πολυσύλλαβα κύρια ὄντα ἢ προσηγορικὰ βαρύνονται, κύκλωψ, ἴωψ, μώλωψ. σεσημείωται, ὥς τινές φασι, τὸ εὐρώψ ὀξυνόμενον. τὰ μέντοι ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, ὑπεσταλμένων τῶν ὑποπεπτωκότων κυρίοις ἢ τῶν ἰδιαζόντων, μονώψ, ὁ μονόφθαλμος, κελαινώψ, τυφλώψ. τὸ δὲ ἑλίκωψ καὶ μύωψ, ὁ μυὸς ὀφθαλμοὺς ἔχων βαρύνεται, ὥσπερ τὸ κύκλωψ καὶ κέρκωψ ὁ δόλωψ καὶ ἴωψ ὁ κυνικός.* Ipsam rationem si spectas, altius ea repetenda quam visum grammatico, dum *ὑπεσταλμένα τὰ ὑποπεπτωκότα κυρίοις* notat. Signatur nimirum accentu in simplicibus nominibus ea syllaba, et in compositis id nomen, in quibus vis primariae significationis inest. Hinc *μονώψ, κελαινώψ, τυφλώψ* et *κύκλωψ, ἴωψ, κέρκωψ* recte accentu diverso signantur, quia omnia tonum in *substantivo* habent et, si duo insunt substantiva, in eo, cujus notio praevalet. Valet hoc idem in *χερνίψ ὀξυτόνως* signato. Cum enim, ut vidimus, *ἡ χερνίψ, αἱ χερνίβες* ad solas res sacras revocatae essent et sensu tam lato dicerentur, ut omnino *purgationem*, *κάθαρσιν,* indicarent, sive manuum lotione sive adspersione factam, vis nominis *χείρ* evanuit solaque alterius vocabuli a *νίπτω* derivata significatio, quamquam et ipsa dilatata, remansit. Inde sequebatur, ut haec tanquam principalis, si non unica, tonum acciperet. Est igitur eadem inter Homerica illa *τὸ χέρνιβον, τὰ χέρνιβα*, et inter Attica haec *ἡ χερνίψ, αἱ χερνίβες* toni diversitatis ratio, quae inter *φιλόλογος, φιλόσοφος* i. e. *φίλος τῶν λόγων, φίλος τῶν σοφῶν*, et inter *δικαιολόγος, φυσιολόγος* i. e. *λέγων* vel *λόγους ποιῶν περὶ δικαίων, περὶ φύσεως*, quae Arcadius l. l. p. 89 distinxit, quamquam rationem non prorsus perspexit, dum dicit: *ὅσα ἐν ἀρχῇ ἔχει τὸ φιλεῖν, προπαροξύνεται, φιλόπονος, φιλόσοφος, φιλόλογος. — Τὰ παρὰ τὸ λέγω χωρὶς τῶν παρὰ τὸ φιλεῖν παροξύνεται, δικαιολόγος, φυσιολόγος, τεθρατολόγος* (scr. *τερατολόγος*). *τὸ δὲ φιλόλογος ἀπὸ τοῦ λόγος καὶ φιλῶ.* Ut enim a theologis christianis *θεοτόκος* et *θεότοκος*, quae deum

genuit et quae a deo *genita est*, distinguuntur, ita et φιλολόγος dici potuit qui *amice* loqueretur et similia.

5.

De reliquis ejusdem prosapiae nominibus.

Jam de reliquis vocibus dicamus, quae praeter Homerica τὸ χέρνιβον, τὰ χέρνιβα et Attica ἡ χερνίψ, αἱ χέρνιβες in usu fuere.

1. Χερνίπτεσθαι. Hoc praeter duo ista ejus prosapiae nomina Homero innotuit solum in unico loco, idque, ut monuimus, de lotione sacrificali adhibitum Il. α, 449:

χερνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο,

cui descriptio integra sacrificii χερνίβοις et οὐλαῖς perficienda inest Ubi simpliciter lotio indicatur, simplici verbo νίψασθαι tam in lotione sacra quam convivali et reliquis usus est Il. π, 230. Od. μ, 336, et in locis, quae a χέρνιβα δ' ἀμφίπολος incipiunt. Atticorum usum testantur Lysias p. 255. l. 5 ed. Reiske: ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χερνίβος. — Activo χερνίψουσι pro θύουσι, ut vidimus, usus est Lycophron. Adhibuit in explicando etiam *Barinus Camers* (ed. Dind. Gramm. gr. T. I. p. 446): χερνίψαντο ἀπὸ τοῦ χερνίπτω. Notat Lobeckius ad Phrynichum p. 562, χερνίπτεσθαι, cum a nomine sine παραγωγῆς auxilio formetur, id excusationis habere quod est „verbum sacrificale eoque immunius." Equidem crediderim, notionem manuum in hac quoque forma eo usque evanuisse, ut solam lotionem cogitarent, quamquam ad manus pertinentem. Hinc quoad sensum et τόνωσιν νίπτεσθαι et ἀπονίπτεσθαι perinde ac χερνίψ apud Atticos habitum.

Sequuntur nomina ex verbo derivata, quae usu aut Atticorum aut grammaticorum innotuerunt.

2. *Χειρόνιπτρον* ap. Athen. l. l. D. *Εὔπολις ἐν Δήμοις*

κἄν τις τύχῃ πρῶτος δραμὼν εἴληφε χειρόνιπτρον·
ἀνὴρ δ᾽ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης
Νικᾷ τε . . . χρηστὸς ὢν οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον,

in quo lacunam expleas non per *πάντας* post *νικᾷ*, sed addito *πάντα*. Dictum est enim *πάντα χρηστὸς* ut *πάντα σοφός, πάντα δεινὸς* similia. Aliud exemplum praebet Poll. X, 90: *Ῥητέον δ᾽αὐτὸ* (*χέρνιβα*) *καὶ χειρόνιπτρον. Εὐπόλιδος εἰπόντος*

φροῦδον τὸ χειρόνιπτρον.

Brevi prima *χερόνιπτρον* Inscriptt. Att. ap. Boeckhium (Staatshaushalt der Athener II. p. 262) et ejecto *ο χέρνιπτρον*, Philemon n. 289: *χέρνιβα . . . Ὅμηρος μὲν χέρνιβον ἀσυνήθως ἅπαξ εἶπεν, ἡμῶν δὲ συνήθως τὸ χέρνιπτρον, ὡς παρασημειοῦνται καὶ οἱ παλαιοί, τουτέστι τὸ τοῦ ὑγροῦ ὑποδεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃν λέβητα καλεῖν αὐτὸς εἴωθεν.* Sed quaeritur, *χειρόνιπτρον, χέρνιπτρον* de vase solo an etiam de aqua dicatur. Prius illud de v. *χέρνιπτρον* probat Philemon, dum docet l. l., *χέρνιπτρον* esse *τὸ τοῦ ὑγροῦ ὑποδεκτικὸν ἀγγεῖον* et *λέβητα*. Neque aliter *χειρόνιπτρον* in locis ex Eupolide ab Athenaeo et Polluce allatis adhibitum. Contra ad aquam refert Eustath. p. 1440 l. 59: *τὸ δ᾽αὐτό τινες ὕδωρ καὶ χειρόνιπτρόν φασι, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας, ὅτι χειρόνιπτρα τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ*. Glossa haec in E. M.: *χειρόνιπτρον· τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Ἀριστοφάνης.* De eadem aqua *νίπτρον ἀπόνιπτρον* ibi 1401, l. 8: *τὸ δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν καταπεσὸν ὑγρὸν ἀπόνιπτρον ἐκαλεῖτο, ἤγουν χερῶν καὶ ποδοῦ ἀπόνιμμα.* Res tamen ambigua. Verum in universum inque locis quos afferunt omnibus *χειρόνιπτρον* aperto vas indi-

cat. At vero conferenda nomina a praepositione composita: *μετάνιπτρον*, de quo Eustath. ib. l. 60: *τὸ μέντοι μετάνιπτρον οὐ τοιοῦτόν τι ἐστίν, ἀλλὰ ἡ κύλιξ ἡ πόσις διδομένη μετὰ νίπτρον, ἤτοι μετὰ τὸ νίψασθαι.* — Porro *ἀπόνιπτρον*, de quo Athen. 409 E: *ἐκάλουν δ' ἀπόνιπτρον τὸ ἀπόνιμμα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν.* Sed de loco Aristophanis, quo usus est Acharn. 616:

ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας

ipse sic judicat: *ἴσως δὲ καὶ τὴν λεκάνην οὕτως ἔλεγον, ἐν ᾧ τρόπῳ καὶ χειρόνιπτρον.* Eadem fere Eustath. l. l. Adhiberi praeterea poterit analogia vv. *βάκτρον, σκῆπτρον, πλῆκτρον,* alia multa ejusdem familiae, quae non nisi instrumentorum nomina fuerunt, et videtur hic sane usus vulgatus fuisse vocum *χειρόνιπτρον, νίπτρον, μετάνιπτρον, ἀπόνιπτρον,* sed sensu tamen ad lavationem propenso. Ac is quidem in pluralibus ut *χειρόνιπτρα, ἀπόνιπτρα,* aliis praevaluit, ut sunt Odyss. *τ*, 343, 504 *ποδάνιπτρα,* quae supra contulimus, quamquam ne in pluralibus quidem *vasorum* notio prorsus fuit exclusa.

3. *Χέρνιπτα* habet Apollon. L. H., dum Homericum illud *χέρνιβον* per *ὑποδεκτικὸν τῶν χερνίπτων* explicat; sed leg. *χερνίπτρων.*

4. *Χέρνιμμα* Pollux II, 149 ex Philonida: *Χέρνιβον Ὅμηρος τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, καὶ χερνίψασθαι, Φιλωνίδης δὲ καὶ χερνίμματα.* — Sed multo difficilior est quaestio de nominibus hujus prosapiae reliquis, quae ad *χερνίπτεσθαι* non pertinent, et interno nexu cum *χέρνιβα* et *χερνίψ* junguntur. Sunt ea, ut putant, *ὁ χέρνιβος, τὸ χέρνιβον, τὸ χερνίβιον.* A postremo incipiamus nempe faciliori atque certo.

5. *Χερνίβιον* vas esse, cui *ἐκ τῆς χερνίβος* aqua infundebatur, docet Athenaeus l. l. p. 408 C: *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου λέγων οὕτως· τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις.* Cf.

Poll. X, 65: *καὶ χερνίβας καὶ χερνίβιον, εἰπόντος Ἀντιφάνους ἐν Βουσίριδι*

καὶ τὸ χερνίβιον πρῶτον ἡ σπονδὴ σαφής.

Multa sunt virorum doctorum in hoc loco restituendo tentamina, infausta utique, non excepta magni Bentleji conjectura, quam in altera ad Tib. Hemsterhusium epistola (cf. Davidis Ruhnkenii Opusc. Lugd. Bat. 1785 p. 56) his verbis usus profert: „Antiphanis locus, ut senarium clare se ostendit fuisse, ita et sic esse conjungendum: *τὸ χερνιβεῖον*, non *χερνίβιον*. Lego equidem totum ex Falkenh.:

τὸ χερνιβεῖον πρῶτον ἐκ πομπῆς ἄφες

vel *ἀφείς*. Sed excepto *χερνιβεῖον* nihil hic certum.“ Reliqua, ut omnia fere viri ingenio promptissimi, aliquatenus probabilia, *χερνιβεῖον* vero falsissimum, neque novi qui formam hanc substantivi suggesserit nisi fortasse Zonaras is est, cujus tamen glossam *Χερνίβειον σκεῦος ἐν ᾧ τὰς χεῖρας νίπτομεν* jam editor correxit, ut debuit. Nihil enim de *χερνιβεῖν* vel simili forma deflexa, ex qua *χερνιβεῖον* derivari posset, innotuit vel innotescet. Recepta tamen est ab Im. Bekkero. Ceterum e Pollucis verbis sequitur, eum non *χερνίβιον* solum, sed *χερνίβα* quoque apud poëtam deprehendisse easque ipsas voces *χερνίβα καὶ χερνίβιον* junctas in caussa fuisse, quare versum afferret. Itaque sic eum refinxerim: . . . . *ἔχοντες*

τὴν χερνίβα καὶ τὸ χερνίβιον πρόϊθ᾽ οὖν τάχος. ἡ σπονδὴ σαφής.

Evocat aliquis ex aedibus famulos, qui *τὴν χερνίβα* et *τὸ χερνίβιον* afferant. Ex iis enim quae parantur, apertum est libationem fieri debere. Simili modo Aristoph. Ran. 847 agnum poscit ad sacra, dum *Τυφὼς* ingruit sacrificio averruncandus:

Ἄρν᾽ ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε·
Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.

6. *Τὸ χέρνιβον*, ἅπαξ illud *λεγόμενον* Homeri, num apud recentiores emergat et in usu sit, dubitatum est nec injuria. Potuit sane eodem, quo *χερνίπτεσθαι* modo, ad recentiorem usum propagari juxta formam diminutivam *χερνίβιον*, aut ex hoc ipso aut seorsim ab eo ex eadem radice ortum. Accedit quod *τὸ χειρόνιβον*, quod ex Epicharmo produximus, nihil est nisi aperta forma nominis *χέρνιβον*. Exstitit tamen Fr. Aug. Wolfius, qui monstraret, vocem, vel in Homero controversam, a recentiorum usu abesse, ad Demosth. or. in Lept. §. 137 p. 375, ubi Draco laudatur *γράφων χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων*, ad quae Schol.: *Χερνίβων· οὐ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τοῦ ἀγγείου.* Hinc Wolfius: „Mala autem fertur lectio *χέρνιβος*, quam schol. explicat de vase. Sic quidem Andocides jungit *χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις* Or. IV. p. 227. Verum ibi necessario scribendum *χερνιβίοις*. Nam omnino formae *χέρνιβον* vix alia auctoritas adest, quam quae ducitur ex Il. ω, 304, versu ne ab omnibus quidem genuino habito." In Andocide jam Taylorus *χερνιβίοις* restituerat, et sincera haud dubie junctura *χερνιβίων καὶ θυμιατηρίων*, ut *χερνίβων καὶ σπονδῶν*, illorum si de vasibus, horum si de lustratione sermo est. Nempe *σπονδαὶ* si quae sunt *χερνίβες* praecedunt. Hinc proclivis erat error *χέρνιβον* ex *χερνίβιον* corrumpentium, natus ex eo, quod formas ad *τὰ χέρνιβα* vel *τὴν χέρνιβα* revocandas confunderent. Neque locum in Attico scriptore deprehendas, in quo *χέρνιβον* sedem fixam habeat. Haeret quidem in grammaticorum vel animis vel libris opinio, *τὸ χέρνιβον κοινῶς*, vel *Ἑλληνικῶς*, *τὸ χερνίβιον Ἀττικῶς* dici, unde concludas *τὸ χέρνιβον* aevo grammaticorum usu communi de vase adhibitum fuisse, quod Atticis *χερνίβιον* appellabatur; sed hoc ipsum quoque ambiguum atque fluxum est, et si accuratius inspicias, potius locos priscorum Grammaticorum corruptos recentiorumque id non animadvertentium socordiam aut diversa miscentium incuriam quam veri aliquid notaminibus quae huc spectant subesse, intelligas. Ita Moeris Attic. p. 414 ed Piers.

χέρνιβον τὸ ὕδωρ, ᾧ νιπτόμεθα καὶ χέρνιβα, Ἀττικῶς χέρνιβον δὲ τὸ ἀγγεῖον Ἕλληνες, quae si disputatio nostra hucusque recte processit, ita ordinanda sunt: χέρνιβα· τὸ ὕδωρ, ᾧ νιπτόμεθα, καὶ χέρνιβον τὸ ἀγγεῖον. — Χερνίβιον τὸ ἀγγεῖον Ἀττικῶς χέρνιβον δὲ Ἕλληνες. Fons ejus erroris repetendus e loco Athen. X. p. 408 B: καὶ πάλιν ὁ Οὐλπιανὸς ἐζήτει, εἰ τὸ χέρνιβον εἴρηται, καθάπερ ἡμεῖς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ. καί τις αὐτῷ ἀπήντησε λέγων τὸ ἐν Ἰλιάδι (sequitur locus Il. ω, 304) . . . . Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν . . . Ἐπίχαρμος δ' ἐν Θεαροῖς εἴρηκε χειρόνιβα κ. τ. λ., quae supra tractavimus. Eadem fere ex Athenaeo refert Eustath. l. l. p. 1401 l. 10 in brevius contracta: ὃ δὲ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ χέρνιβον φαμὲν Ἀττικοὶ χερνίβιον φασὶ κ. τ. λ. Idem tamen p. 400 l. 60 oblitus priorum refert de loco Homerico Il. ω, 304: καὶ τὸ χέρνιβον ὁ ἐνταῦθα λέβης, ὃν ἡ κοινὴ γλῶσσα χερνίβιον λέγει. Jam si Athenaei locum spectas, prior ejus pars haud dubie corrupta. Quodsi enim χέρνιβον usu communi dicebatur, non opus erat Ulpiano quaestione, et superflua probatio ex Homeri loco repetenda. Vitium ex parte saltem aperit Philemonis locus ex Athenaeo, ut videtur, derivatus p. 199 ed. Fr. Osanni n. 286: χέρνιβα· τὰ εἰς χεῖρας νίμματα χεόμενα ὃ μὲν ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ χέρνιβα (scr. χερνίβα) φαμὲν, Ἀττικοὶ χερνίβιόν φασιν κ. τ. λ., quem locum Villoisonus ad Apoll. L. H. v. χέρνιβα, suo tempore ineditum dum citat, inferendo formam χέρνιβον vitiavit. Athenaei orationem ad sanum sententiarum ordinem revoces, si hoc ipsum τὴν χερνίβα ex Philemone post ἐν τῇ συνηθείᾳ addas. Interrogabat Ulpianus, num χέρνιβον dictum fuerit pro vulgato χερνίβα, et respondet aliquis provocando ad versum Homericum, ex quo concludebant, χέρνιβον esse vas, in quod aqua lustralis fundebatur, estque haec re vera grammaticorum opinio, quam et ipsi secuti sumus. Apoll. l. l.: ἅπαξ δέ ποτε εἶπεν ὁμοίως (scil. τῷ χερνίβι) τὸν ὑποδεκτικὸν τῶν χερνίπτρων (add. λέβητα) χέρνιβον. Eustathius ad Il. l. l. p. 1351 l.

54: *χέρνιβον* δὲ Ὁμήρῳ μὲν ἀσυνήθως. ἅπαξ γὰρ νῦν εἶπεν, ἡμῶν δὲ συνήθως τὸ χειρόνιπτρον, ὡς παρασημειοῦνται καὶ οἱ παλαιοί. Usu igitur vulgato *χέρνιπτρα* aqua, *χέρνιπτρον* vas dicebantur, quae Homero *χέρνιβα*, *χέρνιβον*, Atticis *χερνίψ*, *χερνίβιον* erant, neque dubium est, τὸ σύνηθες, τὴν συνήθειαν vel τὸ κοινῶς λεγόμενον non *χέρνιβον* habuisse sed *χερόνιπτρον*, *χέρνιπτρον* vel *χερνίβα*, siquidem ἡ χερνὶψ et aquam et vas lustrale significabat hisque τὸ χερνίβιον de vase solo adhibitum tanquam Ἀττικῶς λεγόμενον fuisse oppositum.

Corrigendi hinc loci, qui *χέρνιβον* recentiorum usui vindicare videntur, velut E. M. v. *λέβης*· τὸ χέρνιβον ἀπὸ τοῦ τὰς λεβάδας τῶν χειρῶν ὑποδέχεσθαι· ἢ ὁ χυτρόπους εἰς ὃν λείβεται καὶ ἐμβάλλεται τὸ ὕδωρ. Σημαίνει δ' (scrib. δὲ Δ. i. e. τέσσαρα) ἐπὶ μὲν τοῦ παρ' ἡμῖν λεγομένου *χέρνιβος*, χέρνιβα δ' ἀμφίπολος κ. τ. λ. Tres reliquas *λέβητος* apud Homerum significationes ponit ἐπὶ λεκάνης *Γρηῦς δὲ λέβηθ' ἕλε* (Odyss. τ, 386), ἐπὶ τοῦ παρ' ἡμῖν συνήθους ὡς *δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον* (Il. φ, 362) et ἐπὶ τῶν ἀναθεματικῶν Αἴθωνας δὲ λέβητας (Il. ι, 123, 265). Non animadverterunt editores, duo scholia in unum hic conflata, alterum quod duas voci *λέβης* significationes vindicat, alterum, quod quatuor, incipiens Σημαίνει δ'. Hoc igitur a priore separandum addendumque post τὸ ὕδωρ lemma: *Λέβης* τὸ ἀγγεῖον. Σημαίνει δὲ τέσσαρα κ. τ. λ. In priore facile *χερνίβιον* pro *χέρνιβον* corrigas. Nec aliud quid in posteriore. Nam *χέρνιβος* i. e. *χερνίβος*, genitivus a *χερνίψ*, hic locum non habet, quia apud Homerum, cujus usus illustratur, nunquam *λέβητα* significat. Scribendum igitur ἐπὶ μὲν τοῦ παρ' ἡμῖν λεγομένου *χερνιβίου*, collatis Eustathii verbis, quae supra posuimus: λέβης, ὃν ἡ κοινὴ γλῶσσα χερνίβιον λέγει. Nec aliter se habent τὰ *χέρνιβα* Synesii, cujus locum suggerit Henr. Stephan. Thesaur. L. Gr. 10490 C ed. Lond.: „*Χέρνιβα*,“ inquit hic apud Synes., „ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἧττον ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι *χέρνιβα*, πόλεως καθαρτήριον. Non

minus quam lavacra, quae sunt in templorum vestibulis. Forsan autem aliquis aquam lustratoriam appellaverit." Fallitur vir praeclarus, deceptus, ut puto, eo, quod τὰ χέρνιβα hic eadem, quae Homeri χέρνιβα, esse putavit, quod ipsum tamen omni usui repugnat. Scribendum igitur et hic erit χερνίβια. Locum Synesii, a me rogatus, indicavit collega conjunctissimus Krabinger, egregius Synesii interpres, in Epist. CXXI. p. 258 B. ed. Petav. 2.

7. Ὁ χέρνιβος. Nomen hoc lexica etiamnunc obsidet, etiam Passovii, qui s. v. χέρνιβον notat: „Formam ὁ χέρνιβος tantum Aelianus habet." Si analogiam spectas, nihil obstat. Potuit enim ὁ χέρνιβος, scil. λέβης, esse idem, quem τὸ χέρνιβον scil. ἄγγος vel ἀγγεῖον dixerunt. Sed exempla desunt et unicum, quod affertur Ael. H. A. X, 50 de miraculis templi Erycini corruptum est: εἰ γοῦν ἐθέλοις θῦσαι ὄϊν, ἰδού σοι τῷ βωμῷ παρέστηκεν ὄϊς, καὶ δὴ χέρνιβος καὶ κατάρξασθαι εἴτε αἶγα εἴτε ἔριφον. Εἰ δὴ εἴης κ. τ. λ. Jam Piersonus, qui ad Moerin Attic. p. 414 n. 2 Aeliani loco utitur, notat: „Nisi forte legendum χέρνιβες. Plurale enim pro *aquis* frequentissimum." Sed plura insunt suspecta. Nulla enim causa, quare ὄϊν, αἶγα et ἔριφον, ita ut facit separet, ovemque ad θῦσαι, capellam et capram ad κατάρχεσθαι referat et haec ipsa, θύειν et κατάρχεσθαι, distinguere videatur. Neque κατάρχεσθαι αἶγα, ἔριφον tam unde dici potest. Est enim *inchoare* sacrificium adspergine et mola salsa, non *sacrificare*. Eurip. Iphig. T. 40: κατάρχομαι μέν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει. Hinc totum locum ita disponendum judico: εἰ γοῦν ἐθέλοις θῦσαι ὄϊν εἴτε αἶγα εἴτε ἔριφον, ἰδού σοι τῷ βωμῷ παρέστηκεν (scil. αὐτά), καὶ δὴ χερνίβιον καὶ κανοῦν εἰς τὸ κατάρξασθαι, coll. Hom. Odyss. γ, 444, ubi post βοῦν, χέρνιβα et οὐλὰς ἐν κανέῳ commemorata sequitur:

γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ
Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο.

8.

De loco Aeschyli, qui χερνίβων meminit et nonnullis aliis cum eo nexis.

Sed ut disputatio eo redeat, unde profecta est, ex his, quae demonstravimus, jam satis superque apparebit, in Agamn. v. 1007 verba κοινωνὸν εἶναι χερνίβων ad ritus convivales ususque familiares pertinere non posse, sed ad sacra sola et lustrationes ante sacrificia instituendas necessario esse referenda. Cum autem Cassandram ad servorum servarumque gregem Clytaemnestra releget v. 1008 πολλῶν μετὰ Δούλων σταθεῖσαν, sacra, quibus ei interesse licet, eodem spectabunt, ad aram κτησίου Διὸς instituenda. Nimirum, quae est Harpocrationis notatio v. κτησίου Διός, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον· κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύοντο. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ

Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
Ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν κτήσιον
Ἔχοντα τὸ ταμιεῖον οὐ κεκλεισμένον
Ἀλλ' εἰστρέχοντα πορνίδια.

Juxta autem cellas promptuarii mancipiorum erant habitacula, unde concludas, ejus conditionis hominibus sacra et separata et vilia fuisse, in ipso promptuario juxta Jovis eorum praesidis aram peragenda. Sensu fere concinit Eurip. Iphig. Aul. 675, quamvis ad nobiliora sacra spectet, ubi Agamemnon Iphigeniae de sacrificio, quod parat, interroganti respondet:

εἴσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξει πέλας.

Ἰφιγ.

Στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμόν, ὦ πάτερ, χορούς;

Utar autem hac occasione, ut nonnulla, quae in eodem dialogo dubia aut falsa relicta sunt, novis curis tractem et expediam.

vv. 1010, 11:

Καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
Πραθέντα τλῆναι καὶ ζυγῶν θιγεῖν βίᾳ.

Alteram posterioris versus partem cod. Flor. cum singulari lectionis varietate exhibet *τλῆναι δουλείας μάζης βία* teste J. Franzio, sed *τλῆναι δουλείας μάζης βίον* teste Casp. Bencinio, unde Blomfieldius *δουλίας μάζης βίον* corrigit addens: „Nempe *μᾶζα* erat servorum cibus,“ nec tamen omnis neque ubique. Nam inter lautiora eam quoque refert Comicus Eccl. 604

πάντα γὰρ ἕξουσιν ἅπαντες
ἄρτους, τεμάχη, μάζας, χλαίνας, οἶνον, στεφανούς, ἐρεβίνθους.

At vero vile ejus panis genus ex hordeo factum sine condimento aliquo sane servorum erat, unde *δουλίαν μάζην* eam ista lectio appellat. Ceterum major J. Franzii quam Casp. Bencinii in enotandis variis lectionibus fides, quem secutus scribam:

Πραθέντα τλῆναι δουλίας μάζης βίαν.

Nec tragicum tamen puto versum, sed aut satyricum aut a comico aliquo *παρῳδίᾳ* versus Aeschylei formatum non illepide, quia voracissimum heroum Herculem comici notant, cujus sane extrema miseria esse debebat, pani hordacco servorum adstrictum vivere. Ipsam *παρῳδίαν* a grammatico ad marginem tragici notatam et inde in textum Florentinum illatam fuisse crediderim.

Major autem difficultas in seqq. vv. 1012—16:

Εἰ δ᾽ οὖν ἀνάγκη τῆσδ᾽ ἐπιῤῥέποι τύχης,
Ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις.

Οἳ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς,
Ὠμοί τε δούλοις πάντα, καὶ παρὰ στάθμην.
Ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται,

propter sensum penultimi versus postremumque versum, qui abruptus et extra nexum reliquis tanquam clausula separata adjicitur.

Dicuntur *νεόπλουτοι ὠμοί τε δούλοις πάντα, καὶ παρὰ στάθμην.* Ita scribunt et distinguunt. Schol.: *παρὰ στάθμην δὲ ἀντὶ τοῦ παρὰ πρέπον.* Hesych.: *Στάθμη· σπάρτος, ἐν ᾗ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες.* Translate igitur de *recto* et *justo* dicetur. Ut vero *τε* habeat quo referatur, sententia in duo membra disjungenda erit: *ὠμοί τε εἰσὶ δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην* (nempe *εἰσί*), praeter amussim i. e. ita ut amussim vel mensuram durities excedat (daran vorbei, darüber hinaus). Inest igitur notio *τοῦ παραβαίνειν τε καὶ παραδρομεῖν.* Notat Blomfieldius in Gloss. ad v. 1012: *παρὰ στάθμην, secundum amussim* significare videri in Soph. Oen. fragm. III: *ὥστε τέκτονος παρὰ στάθμην ἰδόντος ὀρθοῦται κανών,* non sane injuria; est enim *παρὰ στ. ἰδ. στάθμης* directionem oculo sequi (an dem Richtscheid hinsehn), nec tamen ut putat eadem significatio obtinet in Eurip. Ion. v. 1530: *παρ' οἵαν ἤλθομεν στάθμην βίου.* Nam hic *παρελθεῖν στάθμην* est *praeterire.* Scite contulit Stanlejus Terent. Adelphi I, 1, v. 39: „nimium praeter aequumque ac bonum." Sed hoc ipsum inconcinnum *παρὰ στάθμην εἶναι* nullo addito praedicato, nec possunt, quae mensuram egrediuntur, alia esse, quam quae *dura* in servos dixerat. Scribendum igitur: *ὠμοί γε κ. τ. λ.*: hi quidem duri sunt servis in omnibus et ultra mensuram i. e. etiam tum, quum ad ingenia servilia coercenda nulla duritie opus est. Ad sententiam illustrandam commode Stanl. affert Aristot. Rhet. II, 32 (c. 16, p. 1391 ed. Imm. Bekk.). Postquam divites tanquam *ὑβριστὰς καὶ ὑπερηφάνους* descripsit et eorum mores ex hac indole derivavit, ita de

νεοπλούτοις pergit: *διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις καὶ τοῖς πάλαι τὰ ἤθη τῷ ἅπαντα μᾶλλον καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους· ὥσπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλούτου ἐστὶ τὸ νεόπλουτον εἶναι. καὶ ἀδικήματα ἀδικοῦσιν οὐ κακουργικά, ἀλλὰ τὰ μὲν ὑβριστικά, τὰ δὲ ἀκρατευτικά, οἷον εἰς αἰκίαν καὶ μοιχείαν.*

Quid vero v. 1016 *Ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται*? Staul. quem Schützius sequitur ad dicta Clytaemnestrae refert. Si vera, inquiens, lectio, Regina haec dicit: „Habes *a nobis*, quae apud nos fieri solent." At vero *οἷάπερ νομίζεται* nihil significant nisi quae moris sunt, et *ἔχεις παρ' ἡμῶν a nobis habes* erit pro *habebis*. Nec tamen opus cum Casaubono *ἕξεις* scribere. Major praesentis temporis hic vis, quo res instans tanquam praesens indicatur. Spectant autem haec ad sortem, quae *νόμῳ* i. e. more recepto servis parata est, nempe ad servitutem quidem et durum illud, quod cum ea necessario conjunctum, sed quod modum et consuetudinem regalem non excedat. Duo tamen sunt, quae hic offendunt. Primum, quod versus absolutae sententiae velut *πάρεργον* adjicitur, cum tamen ex natura sententiae reliquis arctius necti debeat. Continet enim alterum oppositionis membrum: recentem opulentiam nacti durissimi sunt servis, *nos vero*, utpote antiquarum opum possessores et eo ipso animis mansueti moderate te tractabimus.

Alterum, quod offendit, est situs vocabulorum *ἔχεις παρ' ἡμῶν*. Nam ipsa oppositionis ratio flagitat, ut nisi aliud quid, quo transitus paratur, praecedat, pronomen initio sententiae ponatur: *illi quidem* duriores esse solent, *nos vero* aequi tibi erimus domini. Itaque non sine caussa Stanlejus dubitanter de lectionis sinceritate loquutus est. Sunt enim haec duo signa satis, ut puto, manifesta, excidisse ante *ἔχεις παρ' ἡμῶν* versum hujus fere argumenti et indolis:

Σὺ δ' οὖν Ἀτρειδῶν ὄλβιον λαχοῦσ' ἕδος
Ἔχεις παρ' ἡμῶν οἅπερ νομίζεται.

Horum enim antiqua opulentia et potestas omnibus nota. Praeterea notandum, in his quoque verbis ἀμφιβολίαν inesse, quae omnes Clytaemnestrae orationes pervadit. Nam et sensu aperto id intelligi potest de modesta sortis servilis conditione, et sensu tecto, quem ipsa in se recondit de sorte, quam ei utpote pellici et cum Agamemnone moriturae reservat et praeparat.

Structuram et sensum impedita habent vv. 1026—28:

τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου
Ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός,
Ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν.

Causam festinationis Clytaemnestra dicit ab instantibus sacrificiis repetitam: τὰ μὲν γὰρ . . . πρός. Stanl.: „namque ad aram penetralem sistuntur dudum oves ad ignita sacrificia." — Μεσόμφαλος ἑστία, cum de hostiis arae adstantibus sermo sit, haec ipsa non in internis aedibus, ἐν μυχῷ δόμου, quaerenda erit, quo μεσόμφαλος ducit, i. e. ipsum umbilicum domus occupans; vox enim deducta ab umbilico totius terrae Delphis monstrato; sed ara erit intelligenda in media aula posita Jovique ἑρκείῳ dicata, ut recte monuit Blomf.; quae vero structura? Genit. ἑστίας μεσομφάλου non habet, quo referatur. Neque enim μῆλα ἑστίας dici possunt, neque ἕστηκεν ἑστίας absque adverb. vel praepos., nec denique genitivum localem voces exhibent, ut visum Bernhardyo (Wiss. Syntax p. 137), ad quem J. Franzius provocat. Atque hic quidem, si recte ejus mentem perspicio, cogitat oves in orbe ita constitutas, ut ejus medium fere ac velut umbilicum ara occupet („Im Kreisabstande vom Altar"). Hoc autem verba non significant. Quos vero ille locos genitivi localis congessit, ii ad tempus spectant, ut Thucyd. III, 23: κρύσταλλός τε γὰρ ἐπεπήγει οὐ βέβαιος

ἐν αὐτῇ, ὥστ' ἐπελθεῖν, ἀλλ' οἷος ἀπηλιώτου ἢ βορέου (wie beim Ost- oder Nordwinde), aut ad *partem* rei totius, aut motum indicant, aut denique genitivos locales cum participiis, epicis peculiares habent, ut Od. α, 24: οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ'ἀνιόντος, quo tamen referri non debebat Il. β, 397: τὸν δ'οὔποτε κύματα λείπει Παντοίων ἀνέμων, ubi male post λείπει distinctum ut ad παντοίων ἀνέμων intelligi posset ὄντων. Sunt enim κύματα παντοίων ἀνέμων fluctus diversis ventis moti. Horum igitur nihil facit ad ἑστάναι ἑστίας vel δόμων aut similem dictionis scabritiem defendendam. Num vero cum Bothio eo revolvamur, ut uno ordine legamus ἕστηκεν πρὸς σφαγὰς πυρὸς ἑστίας μεσομφάλου, et genitivorum ubertatem neque concinnam neque loco aptam admittamus? Non sequar. Accedit, quod σφαγὰς πυρός, mactationes cum igne conjunctas, et insolite dictum est et superperflue. Nam, si oves diis mactatae offeruntur, hoc quidem sine igne fieri non potuisse manifestum est. Haec igitur signa satis aperta corruptelae. Vitium perspexit Marklandus et legendum proposuit πάρα pro πυρός, quae tamen praepositio intercedente πρὸς σφαγὰς non poterit commode ad ἑστίας μεσομφάλου referri. Hinc scrib.: ἑστίας μεσομφάλου Ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πέλας, ut antea v. 1008 σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας. Situs adverbii remotior a subst. locum corruptelae aperuit. Cum autem properanda essent sacrificia et ipsa Agamemnonis ingressum sequerentur, hujus quoque alacritatis caussam simulat v. 1028: ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν, *nobis* scil. adstant i. e. ad sacra facienda a nobis, quibus tanta felicitas contra spem accidit. Οὔποτ' ἐλπίσασι ut v. 1014: οἱ δ'οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς. Ceterum hic quoque, si subdolam verbis speciem removes, inest acerbus et consilii certus reginae animus, quo sane hostiam, quam vindictae destinavit, jam arae propinquam i. e. Agamemnonem ad lavacrum letale sese accingentem indicat, quae caussa est festinandi.

Vv. 1032—38.

Χορός.

Ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ
Δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.

Κλυταιμνήστρα.

Ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
Ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
Ἥκει· χαλινὸν δ' οὐκ ἐπίσταται φέρειν,
Πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀτιμωθήσομαι.

Ex eo, quod Cassandra ab ipso choro dicitur claro interprete *indigere* i. e. severe moner debet, ut obedientem se praestet, concludas, postremas quoque Clytaemnestrae exhortationes et demonstrationes frustra fuisse institutas virginemque taciturnam et immotam in sede sua mansisse. Falsum igitur, quod notat Schützius: „antequam ista dicerentur, Cassandram in curru sedentem variis gestibus i. e. oculos distorquendo, manus jactando furorem expressisse,“ quae tamen indecora fuisset gesticulatio et tragoediae minime digna. Nec verum, quod subjungit Schützius, ob tales motus distortos eam a choro cum fera recens capta componi. *Τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.* Bestiae enim, quae in tali statu sunt, dum vincula aut carceres sentiunt, fatigatae jacent animo dejecto tristesque torpent. Sed asperius de ejus indole judicat Clytaemnestra vv. 1034—38: *Ἦ μαίνεταί γε καὶ ..... ἀτιμωθήσομαι.* Furere illud et furor, *μαίνεσθαι* et *μανία*, haud dubie ad prophetarum indolem spectant, quam in se Cassandra refert. Haec enim *ἐνθουσιασμοῦ* et *θειασμοῦ* pleno furori propior erat et in ipso *προφητείας* actu, ut cum Pythia

inconditas oraculorum voces jactaret, verus furor obtinere credebatur. Quin ipsa *μαντική* a furore nomen habet. Hinc ad vaticinandum progressa Cassandra a choro v. 1111 *φρενομανής τις εἶ θεοφόρητος* audit. Hoc igitur, quod de vate valet, ipsa regina ad universam Cassandrae indolem transfert, eam furiosam dicendo, addens: *καὶ κακῶν κλύει φρενῶν*. Staul.: „et mentis laesae cluit," quod et ipsum ad insaniam rediret et *ταυτολόγον* esset. Klausenius: „*κλύειν regi*, obedire. Eadem metaphorica ratione Suppl. 719: *πρῶρα οἴακος κλύουσα.*" Sed ex eo, quod *μανία* et *κακαὶ φρένες* junguntur, fortioris sensus praedicatum esse manifestum est. Non dubium igitur, *κακῶς κλύειν*, quod verbis *κλύει κακῶν φρενῶν* subest, eodem modo quo *κακῶς ἀκούειν* de animi indole moribusque dici et struendum: *κλύει κακῶν φρενῶν οὖσα*, fama est, eam animo esse malitioso. His respondet, quod ipsa de fato suo infra Cassandra v. 1245, quo se vel ab amicis despectui habitam ait, addit: *καλουμένη δὲ φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια, πτωχός, τάλαινα, λιμόθνης ἠνεσχόμην.* Concinne autem insaniam et animi malitiam copulat Clytaemnestra, ut iram et odium in pellicem testetur.

Reliqua, si verba sola spectas, facilia. V. 1035: *ἥτις λιποῦσα . . .*, urbem modo captam reliquit et adest (*ἥκει*), ut quae frenum ferre vel pati nesciat, *πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος*, ad quae schol. R.: *πρὶν αἱματηρόν . . . . ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων, ἃ οὐκ εἴκοντα τῷ χαλινῷ ἀφρίζει μετὰ αἵματος . . . ἢ ἐπεὶ αὕτη οὐ πείθεται, πρὶν αἵματος μου* (scr. *πρὶν μεθ' αἵματος ὁμοῦ*) *τὴν ψυχὴν ἐξαφρίσαι, ἀντὶ τοῦ πρὶν ὀργισθῆναί με αὐτοῦ.* Eadem schol. Vict., addens tamen *στρηνιώντων* ante *ὑποζυγίων* et in fine *αὐτῇ* emendatius exhibens pro *αὐτοῦ*. Posteriora nihili sunt, vera priora, nempe metaphora a frenandis jumentis durioribus et luxuriantibus sumta. Haec enim non simplici continebantur freno, quod uno tantum articulo duarum ansularum invicem sese continentium sed ar-

ticulis pluribus constabat instar denticulorum acutis, qui *lupi* dicebantur, haud dubie quod ad mordendum apti erant, ut Ovid. Trist. IV, 6, 143: Et placido duros accipit ore *lupos*. Hinc *frena lupata* a voce casca *lupare* i. e. in lupi modum aptare, unde Horat. Od. I, 8, 6: Cur neque militaris inter aequales equitat, Gallica nec *lupatis* temperat ora frenis? Horum autem asperitate si fortius constringi debebant, vulnera efficiebantur et cum spuma reluctantis equi sanguis commixtus profluebat. Hoc est αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος. Minatur Cassandrae duriorem disciplinam, qua ejus superbiam frangat, ut credere debebant choreutae, sed pro sensu ancipiti omnium ejus dictorum mortem, quam ei parat, cogitat. Mirum tamen quod Klausenius putat nunc demum in animo Clytaemnestrae „decerni consilium mulieris regi addendae," contra ipsius poetae mentem, qui, ut reliqua taceamus, v. 1415 seqq. ipsam Clytaemnestram non ob iram virginis pervicacia motam, sed propterea interfectam Cassandram praedicantem inducit, quod pellex mariti sui eique etiamtum juncta fuerit. Abrumpit autem minas, dum contemtum eloquitur, quem a peregrina perpessa sit v. 1038: Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀτιμασθήσομαι. — Ῥίπτειν haud dubie de verbis hucusque frustra projectis. Hoc ipsum autem, quod frustra fiebat, dedecus ipsius constituebat, quod jam finire parat. De forma ἀτιμασθήσομαι ambigunt. Exhibent eam M. Fl. V. Eodem ducit vitium Robort. ed. ἀτιμεστρήσομαι. Sed Guelf. et ex eo A. T. ἀτιμωθήσομαι, quod sequuntur Blomf., Wellauerus, alii absque ratione. Verba in αζειν vim et efficaciam habent majorem, quam simplicia, qualis huic loco convenit.

Sed jam quaestio oritur de interiori horum versuum nexu et conditione. Incusat Clytaemnestra Cassandram insaniae et malitiae. Huic acerbissimae injuriae addit ἥτις λιποῦσα κ. τ. λ., et hoc ipso relative indicat, se subjungere velle, quae ad eam ὕβριν aut illustran-

dam aut stabiliendam atque augendam faciant; id autem non fit in iis, quae post ἥτις sequuntur. (Insana est et malitiosa, quae relicta urbe nempe capta adest et frenum perferre vel pati nescit). Haec igitur forma quidem, sed non sententiae natura cum praecedentibus cohaerent, contra iis prorsus contraria sunt. Nam si eo, quo vidimus, modo obstinatam se exhibuit Cassandra, utpote quae ex urbe nuper capta adveniat et frenum pati nondum didicerit, insolentiae tantum novi status incusatur, nec caussa erat quare insaniam et animi pravitatem ei objiceret; contra si insanae mentis et pravi animi est, nihil refert, si recens capta obque id ipsum jugi impatiens est. Accedit: quod his sententiis irae prorumpentis impetus in Clytaemnestrae oratione prorsus tollitur neque redit nisi in verbis πρὶν αἱματηρὸν κ. τ. λ. Haec igitur non recte procedunt. Contra optime utroque versu continuarentur verba Chori 1032, 33: Ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου, ἥτις λιποῦσα.... φέρειν, ita quidem ut τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου velut in medio interponerentur. Nam cum verbis ἑρμηνέως ... νεαιρέτου indicasset chorus, se quoque obstinationem Cassandrae mirari, haec velut emolliendae et excusandae ejus adduntur ἥτις . . . . νεαιρέτου, et praeparantur, quae deinceps infert v. 1039: Ἐγὼ δ' ἐποικτείρω γάρ, οὐ θυμώσομαι. Adde quod repetitio vocis νεαίρετος monet, agi de ἐπεξηγήσει seu de αἰτιολογίᾳ comparationis θηρὸς ὡς νεαιρέτου et dicit chorus, virginem sane cum fera modo capta comparari posse, quia ex urbe modo capta jugique insueta advenerit. Jam vero utroque versu ad chorum translato hiat oratio, quae Clytaemnestrae relinquitur v. 1034 et 1037: Ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν, πρὶν αἱματηρὸν κ. τ. λ. Statuendum igitur, excidisse sententiam, quae in vv. πρὶν κ. τ. λ. contineretur, fere hanc: κ' οὐ παύσεται πρὸς κέντρα λακτίσαι κότῳ, πρὶν . . . . Nec improbabile, hanc ipsam lacunam in caussa fuisse, quare uterque versus a choro ad Clytaem-

nostram translatus fuerit a librariis, qui orationis defectum aliquo modo sanare vellent.

Totus igitur locus ita erit constituendus:

Χορός.

Ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ
Δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου,
Ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
Ἥκει· χαλινὸν δ'οὐκ ἐπίσταται φέρειν.

Κλυταιμνήστρα.

Ἠ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
Κοὐ παύσεται πρὸς κέντρα λακτίσαι κότῳ,
Πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀτιμασθήσομαι.

II.

De usu et copulatione particularum, quibus disjunctio aut asseveratio et obtestatio indicantur.

1.

Locus, qui hanc, quam posuimus, quaestionem movit, in Agamemnonis scena reperitur, in qua, posteaquam Clytaemnestra indig-

nabunda in aedes rediit, ut Agamemnonis et Cassandrae caedem intus praepararet, virgo futuri praescia, omnia, quae ab ea praeparantur, cantu lugubri aperit, chorumque ad metus et terrores secum abripit, initio vaticiniorum dubium et reluctantem, donec gravius commotus simul cum virgine ad summos animi affectus lyricis modis effundendos insurgat.

Ad ea, quibus initio artes fatidicae virginis chorus declinat, versus pertinent 1069, 1070:

Χορός.

Ἦμεν κλέος σου μαντικὸν πεπυσμένοι,
ἦμεν προφήτας δ' οὔτινας μαστεύομεν.

Haec Victorii est lectio. — ἦ μὴν Med. superposito ημεν i. e. ἦμεν, quod Flor. Ven. 1. Guelph. A. T. cum Victor. habent, item separatis voculis ἦ μὲν Farn. c. gl. ἤτοι. — ἐσμὲν Farn. teste P. Elmslejo. — ἦμεν Rob. — In altero versu ἦμεν Med. Flor. Ven. I. Farn. — ἦ μὲν Guelph. superposito ἦν. — ἦ μὴν A. T. ἦμεν R. Sunt igitur in utroque versu lectiones ἦ μὴν, ἦ μὲν et ἦμεν (eramus). Ad haec quum ἦ μὲν Homericum diceret Blomfieldius, et ab Atticorum usu removeret, videndum erat, quo jure hoc utrumque pronuntiasset.

Hinc ad quaestionem de disjunctivo μὲν et affirmativo μὴν, et omnino ad disjungentium et asseverantium particularum naturam denuo examinandam delatus sum, cujus examinis capita praecipua hic exponam.

2.

De ratione, qua disjunctio, asseveratio et obtestatio inter se differunt.

Notum est, duas sententias ita posse cohaerere, ut dum prior enuntiatur, id cum respectu ad alteram fiat, qua prior illa aut limitetur aut accuratius definiatur, aut denique augeatur et in majus efferatur. Hae igitur interno quidem nexu inter se conjunctae sunt, sed disjunctive cogitantur, seu potius *subjunctive;* particulis *μὲν* — *δὲ* reliquae orationi interpositis. Non enim velut aequali linea utraque ponitur, sed altera alteri eo quo indicavimus consilio *subnectitur.* Itaque *subjunctivas* eas nominare possis, ut a veris disjunctivis, quarum altera alteram tollit, nomine quoque distinguantur. Veteres utramque communi particularum nomine *συμπλεκτικοὺς* ac *ἀκολουθητικὸν τὸν δὲ* appellaverunt, item *μεταβατικὸν, ἀναιρετικὸν, ἀθροιστικὸν* pro diversa subjectae sententiae indole ac natura, cf. Scholia in Dionysii Thracis Comm. §. 25. p. 985 seqq. in I. Bekk. anecd. gr. II. Cum enim *δὲ* sententiam praecedenti omnino et simpliciter liget, fieri hoc poterit, etiamsi animus ad eam ligationem praecedente particula *μὲν* non sit praeparatus. Hinc usus particulae *δὲ* i. e. *τοῦ μεταβατικοῦ συνδέσμου* subjunctionis terminos longe lateque egreditur, contra quadam necessitate fit, ut, simulatque *μὲν* auditum sit, animus ad diversum aliquid deinceps pronuntiandum praeparatus in sequentibus *δὲ* expectet, neque in oratione legitima et usu sincero sancita locum invenias, in quo sententiam per *μὲν* inchoatam altera non sequatur, cui *δὲ* vel affinis particula, ut *ἀλλὰ, αὐτὰρ, ὅμως* ejus vice assumta, desit, nisi forte, qui usus Atticis imprimis frequentatur, omissa sit propterea, quia e reliquorum sensu et nexu facile intelligi potest. Tale quid si admitti non potest, orationem alio deflexam seu *ἀνακό-*

λουθον vel aliquo modo affectam aut vitiatam statuere licet. Idem locum habebit, si duae sententiae, quae forma subjunctiva copulatae sunt, nihil continent, quod subjunctive cogitari possit, sed naturali et simplici ordine per τὲ vel καὶ indicando sese excipiunt.

Ejus generis insignem locum afferamus e Sophocl. Ajac. 614 ed. Lob., in quo chorus dolores Eriboeae praevidet atque praedicat, quos audito Ajacis filii morbo perceptura sit:

Ἠ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ,
λευκῷ δὲ γήρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα
φρενομόρως ἀκούσῃ,
αἴλινον, αἴλινον,
οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς
ἥσει δύσμορος,
ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς
θρηνήσει, χερόπληκτοι δ'
ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
δοῦποι, καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας.

Recte se habent particulae μὲν — δὲ in posteriori strophae parte; nam altera ejus sententia argumentum prioris non simpliciter continuatur, sed amplificatur et in majus effertur; contra in priori ejus parte subjunctioni nullus locus est, quippe quae nihil nisi duo praedicata continet, quae ad senectutem aequali modo pertinent. Tueri quidem subjunctionem seu disjunctionem studet Lobeckius, vir egregius et Atticae dictionis magnus indagator, cum reliquis, dum monet: „Ne quis miretur παλαιᾷ μὲν ἡμέρᾳ, λευκῷ δὲ γήρᾳ, quasi diversa sint, particulis discretivis sejungi, Hermannus admonet, primarias notiones liberiore orationis conformatione nonnihil obscuratas

esse: hoc enim significari *γεραία μὲν τῷ χρόνῳ, γεραία δὲ καὶ τὸ σῶμα.*" Sed haec ipsa nihil disjuncti habent; qui enim tempore senex est, necessario etiam corpore senex esse debet; statuere sane possis, alteri *γεραιᾷ*, quod ad corpus refertur, inesse debilitatis notionem, hoc autem ipsum ut cogitari posset, debebat eo, quo Hermannus interpretatus est modo, expressum esse.

Nam quod ille contendit, primarias notiones obscuratas esse, id non tantum valet, ut juxta positae notiones in disjunctas abire possint, et miror, praetervisam esse ab Hermanno, Lobeckio, aliisque praeclaris editoribus sinceram scripturam, quam Suidas praestat

s. v. *ἔντροφος· ἡ ἐντεθραμμένη. ἦ που παλαιᾶ μὲν ἔντροφος ἡμέρα, λευκῷ τε γήρα μάτηρνιν . . . .*

expressa jam in editione principe Mediolanensi a. 1499 et per reliquas editiones, correcta tantum loci orthographia, propagata, nempe *τε* pro *δέ*. Jam vero *τε* reposito, *μὲν* locum suum tueri non potest, et relicta prisca Sophoclis orthographia *MEN*, post inventa longarum vocalium signa scribendum erat *μήν*. Suadet hoc idem antistrophicus rhythmus; sibi enim respondent vv. 614 et 624:

Ἦ που παλαιᾷ μὴν ἔντροφος ἁμέρα.

Κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν.

His jam concinent verba versus 618: *οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος.* Sed neque in his particula vitio caret, et haud dubie scribenda disjunctim: *οὐ δ'* i. e. *non vero.* Idem factum est ab Hermanno Electr. v. 131: *οὔ τί με φυγγάνει, οὐ δ' ἐθέλω προλιπεῖν τόδε, μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον.*

Eadem separatione opus est in Aeschyl. Agamemn. v. 597:

Γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολὼν —
Οὐ δ' οἶδα τέρψιν οὐδ' ἐπίψοφον φάτιν —

et in omnibus locis, qui sensum: *non vero* requirunt, ut Ag. 254:

Κλύοιμ' ἂν εὔφρων· οὐ δὲ σιγώσῃ φθόνος.

coll. Eumenid. 295. 449. Est enim *οὐδὲ* ex *οὐ δὲ* eodem modo conjunctum, quo *οὔτοι* ex *οὔ τοι*, *ἤδη* ex *ἢ δή*, alia similiter de quibus postea.

Quodsi autem aliquid cogitatur aut in orationem infertur, quod simplici illa subjunctionis animadversione majus est, *asseveratio* oritur, ac *μὲν* in *μὴν* evalescit, aliasque particulas ut *ἦ* et *καὶ*, ut fiat *ἦ μὴν καὶ μήν*, adsciscit aut particulae *ἦ* sive simplici, sive aliis junctae *ἦ δή*, *ἦ που*, locum cedit. Ac hae quidem situm initio sententiae habent, quia asseveratio ipsa animum et cogitationem prius occupat, quam verbis indicatur. Hinc fieri etiam potest, ut asseverationem subjunctio excipiat, siquidem utraque sententia subjunctiva asseveratione comprehenditur. Hinc ortae sunt juncturae *ἦ μὲν ἦ δὲ* quae progressu temporis in *ἠμὲν* et *ἠδὲ* coaluerunt; nesciunt autem grammatici veteres, unde illud *ἦ* ortum sit, et *παραπληρωματικὸν* judicant, ut in *ἠβαιόν*, quod tamen et ipsum ex *ἦ βαιὸν* conflatum est.

Asseverationi autem hoc est proprium, ut animum non raro in ea ipsa re, quae proxime agitur, retineat et veluti constringat, neque ad sententiam subjungendam remittat. Hinc fieri potest, et fit frequentissime, ut sententia *βεβαιωτική*, siquidem oratio continuatur, alterum per *δὲ*, *ἀλλά*, *αὐτὰρ* similes junctum non habeat, sed sola et velut sua vi contenta maneat.

Augescente asseveratione fit *obtestatio* et jusjurandum, quae sen-

tentiarum forma easdem fere cum asseveratione regulas sequitur, sed in particularum usu momentum peculiare habet, quale hoc est, quod μήν formam μάν induit.

Hae igitur tres subjunctionis, asseverationis et obtestationis formae cum interno nexu cohaereant et gradu tantum differant, plura habent communia, plura etiam, ut res postulat, diversa. Sed horum omnium fines atque ratio hucusque nequaquam sunt perspecta et demonstrata, et in iis inprimis plurima confunduntur, quae ad diversarum aetatum atque generum usum et consuetudinem spectant.

3.

De asseverantium particularum formis, significatu et origine.

Asseverationi inserviunt particulae ἦ, δή, μήν, τοί. Ac ἦ quidem integra forma ἦε fuit, quae nuper Homero reddita est ab Imm. Bekkero, sed de his infra agetur. Accedente antithetica vi ἤ et ἦε acuuntur ἤ, ἠὲ fiuntque sententiae re vera διαζευκτικαὶ i. e. ita comparatae ut altera alteram tollat. Potius tamen ἀντιθετικὰς dixeris. Fieri enim potest, ut tantum sibi opponantur et liberum sit arbitrium eligendi, quam volueris. Ad δή, quamquam inflexa significatione, pertinet δῆτα, ut ἔπειτα ad ἐπεί, nec alius originis est δηθά et Atticorum δῆθεν sensu parum diverso. Idem diducta forma fit δαί, prisca nimirum, cujus vestigia correctrices manus grammaticorum effugerant in interrogationibus Il. κ, 408: πῶς δαὶ τῶν ἄλλων. Od. α, 228: τίς δαὶ δμιλος, donec F. A. Wolfii cura nimis sedula prorsus delerentur, ut ea forma solis Atticis relinqueretur. Μὴν augescente asseveratione ut monuimus μάν fit: eodem modo, quo in solemnibus formulis apud Atticos Ἀθάνα, γᾶ, quae ad Dorismos jure non optimo referuntur, quamquam talia Doribus manserunt, et abjecto ν sylla-

baque tenuata μὰ in obtestationibus. Eodem νὴ spectat, et diducta vocali ναὶ, prius illud Atticis relictum est. Τοὶ sine ulla formae diversitate dicitur, item κάρτα, quod et ipsum inter βεβαιωτικὰ referri potest. Ceterum si cui mirum videatur, ejusdem radicis formas tam diversas: δὲ, δὴ, δαὶ, μὲν, μὴν, μὰν, μὰ, νὴ, ναὶ perhiberi, is velim, conferat κέω, καίω, ἔκηα et similia, conferat item μι, σι, τι in μοι, σοι, τοι et μαι, σαι, ται auctas, quae analogiam illorum satis firmam constituunt.

In sensu singulae cujusque harum particularum definiendo partim latinas aut recentiorum linguarum simili modo orationi illatas, partim analogiam ex pluribus locis deductam sequuntur, cujus auxilio significationes earum ad notiones generales, quas philosophicas dicunt, referunt, et circumscriptionibus utuntur, ut sensum, quem volunt, exprimant. Sunt haec sane quaestionis adminicula, sed quae non sufficiant: plures enim earum particularum ne habent quidem, quae in aliis linguis eis respondeant, ut hoc ipsum est, de quo diximus μὲν, item ἂν, κὲν, quamquam hae voculae omnem fere syntaxim pervadunt; quae vero generales notiones dicuntur, eae quidem plerumque fluxae sunt, ut, cum G. Hermannus dicit, ἂν dubitativum id efficere, ut res dubia magis etiam dubia evadat, aut cum C. Fr. Naegelsbach. Observ. ad Iliad. p. 278 sqq. Hartungium sequutus particulae δὴ *determinativam* naturam vindicat, qua vis asseverandi et confirmandi excludatur, deinceps vero *absolventem* et *praecludentem*, quae diversis Germanicis aut particulis aut circumlocutionum formulis adhibitis exponuntur. Hujusmodi vero opiniones non habent quo consistant et ὥσπερ σκιαὶ ἀΐσσονται, nisi simul voculas illas ad radices suas revoces et ex eis primariam vim illarum cognoscas et definias. Id jam olim feci, quod mihi persuasum erat, et etiam nunc persuasum est, in cunctis particulis nominum aut verborum radices servatas esse, quamquam multis modis truncatas et mutilas; nec tamen opus est, ut ad

has investigandas Orientis populorum linguas adeas, cum omnium fere germina in patrio Graecorum solo detegi possint. Ita jam dudum *μὲν* ad *μένω*, *δὲ* ad *δέω* vi imperativa revocavi, ut istud in prisca lingua: *mane*, hoc: *liga* significasse statui debeat. Cum priori antiquissima Bajuariorum dialectus consentit, quae imperativum *halt* eodem loco et sensu adhibet, quo apud Graecos *μὲν* ponitur, exempl. grat. „*er sagt es halt, aber ich glaube es nicht*," quod graece vertas: *αὐτὸς μὲν λέγει τοῦτο, ἐγὼ δὲ οὐ πιστεύω.* Haec cum in grammatica Graeca §. 312, 13 ed. tert. breviter indicassem, extitit post alios Franc. Spitznerus, qui in excursu ad Il. *δ*, 424 p. XXI contenderet, hanc opinionem illis, quae ibi protulit, labefactatam jacere. Nihil autem ibi protulit nisi *ἦ μὲν* et *ἦ μὴν* esse usu apud Homerum promiscuo neque ullis certis finibus discreta, item affirmandi vim conjunctioni *μὲν* propriam esse et quasi innatam, idque multiplici Atticorum usu non minus probari, quibus addit: „*Vix enim intelliges, quomodo μέν τοι, οὐ μέν τοι* iisque cognata aliter sint explicanda." Mira sane viri nequaquam spernendi persuasio, eis, quae suo modo explicari posse desperaret, adversam sententiam esse labefactatam. Simili autem modo *καὶ* ex *κὶ* i. e. *κίε* productum, ut *μὰι* ex *μι*, et *τὲ* ad radicem verbi *τείνω* revocare possis. Nam *τὲ* simpliciter inter duas notiones aut sententias velut tendo aliquis interponitur, nulla ad praecedentem ratione habita; *καὶ* autem si etymum spectas, *κὶ*, *vade* significavit et vim excitandi habuit, obque id ipsum initio quoque sententiarum poni potuit. Apud epicos *ἰδὲ* juxta se habet, quod ipsum ad *ἰδεῖν* pertinet, et initio *vide* significavit, donec successu temporis atque usus sententiae, ad quam praeparabat, nexa cogitaretur. Eadem prorsus ratione *ἄρ, ἄρα*, et recentiorum *ἆρα* ad *ἄρω*, *γὲ* et Doricorum *γὰ* ad *γενέσθαι, γεγάασι* pertinet. Porro *γὰρ* manifesto ex *γε ἄρ* conflatum est eaque de causa nunquam initio sententia ponitur, *ἂν* autem ex *ἄνεσθαι ἄνω*, *κὲν* ex *κεντῶ* (unde et *κέντρον* i. e. *κέντερον*) et *πὲρ* ex radice superest, ex qua *περὶ*, *πέ-*

ριξ, περισσοί, πέραν, περαίνω progerminarunt. Jam ἠ quod ad nostram quaestionem propius spectat, nec non ἐτεὸν atque ἀεὶ, i. e. ἔ, ἐν cum alpha intensivo ad radicem verbi εἶναι, ἔμεν revocanda sunt, nec alio pertinet Latinorum *semper* i. e. sem (coll. sum, sim,) cui intensivum *per* subjunctum est, ut similibus *parumper*, *paulisper*. *Τοὶ* denique ex τῷ tenuatum cum ὅς cohaeret, quod antiquitus τὸς (dieser) fuisse ratio adverbiorum inde ductorum τῶς ... ὥς demonstrat. Est igitur *hoc modo* (nostrum *so*) et in asseverando demonstrativam naturam induit, animum remittendo ad ea, quae in praecedentibus dicta aut animo agitata sunt aut ex eis deducuntur.

4.

De usu particulae ἦ ejusque junctura cum aliis.

Particula ἦ vim quam ex etymo suo hausit: *vero*, *sane*, *nimirum* i. e. affirmandi et asseverandi potestatem ubique retinet plenam et illibatam.

Itaque initio poni potest aut sola aut aliis particulis juncta. Ac sola quidem initio habetur creberrime, interdum etiam in media oratione novam sententiam inchoat Il. λ, 665: Ἀχιλλεὺς ... Δαναῶν οὐ κήδεται οὐδ' ἐλεαίρει. ἦ μένει εἰς ὅ κε δὴ νῆες ... πυρὸς δηΐοιο θέρωνται, aut *post vocativum* Od. ρ, 397: Ἀντίνο', ἦ μευ καλὰ πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος. Ibidem 375—378: Ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα ... ἦ οὐχ ἅλις ἡμῖν ἀλήμονες; ..... ἦ ὄνοσαι ὅτι τοι βίοτον κατέδουσιν ἄνακτος. Ita I. Bekkerus, Wolfius contra ἦ οὐχ ... ἦ nec non *in jure jurando* Il. α, 77 ὄμοσσον ἦ μέν (scr. μήν) μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν.

Cum aliis particulis si jungitur, his asseveratio aut praecedenti sententiae nectitur aut addita causae temporisve indicatione accuratius definitur momentique novi accessione amplificatur.

Prioris generis sunt ἐπεὶ ἦ quod nunc quidem ubique sejunctim pro ἐπειὴ vel ἐπειῆ scribitur: Il. α, 169. δ, 56, 307. κ, 575 al. in formula, quae comparationem justam esse asseverat eadem ubique: ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστι. Extra enim hujus formulae fines ἐπεὶ ἦ apud Homerum non invenias. Porro ἀλλ' ἦ accedente δή vel τοί, de quibus postea agetur, nec non post τί in interrogatione τί ἦ quod, ut videbimus, perperam in τίη conjungunt ut Il. ξ, 264: Ὕπνε, τίη δὲ σὺ ταῦτα et post δὲ Il. ε, 809: σοὶ δ' ἤτοι.

Ad posterius genus pertinent ἦ γάρ, ἦ δή, ἦ μήν, ἦ μέν, ἦ δέ, ἦ νυ, ἦ τε, ἦ τοι, ἦ ῥα.

His aliae intercedunt particulae ἄρ, ἄρα, γάρ, μάλα, νύν, νύ, quibus asseverationi temporis vel causae ac consequentiae notio adjungitur. Inde pendent ἦ ἄρα δή Il. ν, 446, in quo δή particulam consecutivam auget, ἦ ῥά νυ Il. ζ, 215. ἦ μάλα δή Il. σ, 12. ζ, 255; post vocativum Il. ϑ, 102; in interrogatione Il. χ, 229.

Peculiaria his quaedam insunt, deinceps tractanda, ubi de veterum grammaticorum sententiis huc spectantibus agetur. His autem quas posuimus juncturis ἦ τε eximenda videtur Il. τ, 366 ἦ τ' ἐφάμην Il. σ, 13 ἦ τ' ἐκέλευεν Il. ε, 790 ἦ τε σ' ὀΐω coll. v. 63 Od. ν, 211 ἦ τέ μ' ἐς ἄλλον Il. π, 667. τ, 206 ἦ τἄν Il. ε, 885. ἦ τέ κε Il. ν, 449. ἦτέ τοι Od. υ, 194 ἦ τε ἔοικε.

Nam quae cum asseveratione praecedentibus succedunt, non sim-

plicem habent nexum illum, quem τὲ indicat, sed causalem aut explicativum neque quidquam obstat, quominus in cunctis ἤ vel ἦε legatur. Sufficit tamen, haec indicasse, nam in Homericis loco movenda non omnia censeo, quae jam a vetustis contra analogiam eis illata aut ab Alexandrinis relicta sunt.

E reliquis ἤ γὰρ, ἤ μὲν, ἤ νυ sejuncta manserunt, ἤ ῥα quod post vocativum inferri solet conjunctum fuit in ἦρα, hocque Apollonius περὶ συνδέσμων pag. 490 edit. I. Bekk. miro errore ab ἄρα deducit, falsus vel eo quod ἄρα Homero non circumflectitur. Simili modo ἤ δὴ in plurimis ἤδη scriptum, ἤ τοι autem ἤτοι, de quibus jam agendum.

Ἠ δή separatim habetur ab Apollonio loco laudato p. 524 lin. 10: καὶ περὶ ἐκείνου δὲ διαληπτέον εἰ ἐν τῷ (Od. α, 253.) ἤ δὴ πολλὸν ἀποιχομένου (Ὀδυσῆος) τοῖς τε παραπλησίοις πλεονασμός ἐστι τοῦ ἤ καθώς τισιν ἔδοξεν, οἷς καὶ (add. ἄν) παρείπετο τὸ ἐγκλίνειν τὴν συλλαβὴν ᾧ λόγῳ καὶ ὁ μὲν (scil. σύνδεσμος) ἐν τῷ ἠμὲν πλεονάσας τῷ ἤ καὶ ὁ δὲ ἐν τῷ ἠδὲ καὶ ἔτι ἰδέ. (Il. ϑ, 366) ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν.

Juncturam jure removet Apollonius provocando ad Il. σ, 12: ἤ μάλα δὴ τέθνηκε, ubi alterum disjunctionis membrum per ἀλλὰ infertur vel potius obscuratur. Verum quidem ἤ δὴ crebro cum respectu ad tempus dici, unde factum, ut fere temporales fierent particulae et ἤδη scriberentur. At vero haec ad tempus relatio vel soli particulae δή, quae notiones notionibus ligandi vim habet, propria est: Il. σ, 75 τὰ μὲν δή τοι τετέλεσται ἐκ Διός, ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο. — Il. β, 134 ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί. Il. ω, 351 δὴ γὰρ καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλυθε γαῖαν coll. Od. ν, 30. Nec tamen

δή, sive sola ponatur, sive cum ἤ jungatur, tempus ipsum, sed asseverationem cum respectu ad tempus indicat, sive praeteritum sive praesens, eoque particulam νῦν, si ad praesens spectant, vel νύν, νὺ adjunctas habent. Quodsi autem aliarum particularum intervento separatae tenentur, nulla prorsus causa est, quare mutato accentu conjungas, si sese nulla alia interposita vocula excipiunt. Ut igitur in illis, quae supra posuimus ἤ ἄρα δή, ἤ μὲν δή, ἤ μάλα δή particulae separatae sunt, ita soluta junctura separandae sunt. Il. α, 260,

Ἤ δὴ γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ἡμῶν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα —

Il. α, 456: *ἤ δὴ νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον.* Il. γ, 184 *ἤ δὴ καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον* coll. 205 et multis aliis ejus generis, ut nemine contradicente Il. α, 573 *ἤ δὴ λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται* scribitur et multa similia, quamquam et ipsa cum respectu ad tempus dicta. Sunt etiam loci, in quibus junctura ἤδη non solum non necessaria est, sed dictioni aliquid nativi vigoris detergit ut Il. ψ, 623 *ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.* Sunt haec verba Achillis ad Nestorem et sane ab extremae ejus senectutis indicatione alienissimus est particulae *jam* sensus, contra convenientissima asseveratio huic ἤ inclusa et accedente δή aucta. Scio quidem alios inveniri locos, in quibus creberrimus harum particularum usus ad temporis indicationem prorsus deflexerit, quae causa fuit, quare apud recentiores ἤδη inter particulas temporales referretur; fit hoc imprimis, si ἤδη in media sententia aut post alias particulas orationi infertur, ut Il. β, 663 *κατέκτα Ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον.* β, 699 *τοὺς δ' ἤδη ἔχεν κάτα γαῖα μέλαινα.* Il. γ, 56 *ἤ τέ κεν ἤδη λάϊνον ἕσσο χιτῶνα* coll. Il. γ, 98 *φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους καὶ Τρῶας.* ibid. 243 *τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα* aliaque plurima. Et talia sane mutare non ausim, quamquam apertum est, in his quoque asseverationem antiquitus praevaluisse.

Quod de ἤδη valet, idem de ἤτοι dici poterit. Non enim, quae recentiorum consuetudo est, ἤτοι priori membro ἀντιθέσεως apud Homerum inservit, sed asseverat adjuncta concludendi vi (τοι) eoque disjunctim ἤ τοι habendum. Il α, 68 ἤ τοι ὅ γ' ὡς εἰπών. Ac de τοὶ quidem infra separatim agendum.

Sequitur jam quaestio de ratione quae inter ἤ et inter ἤ intercedat, quam particulam in campum vicinum alterius evagatam esse jam vidimus. Omnium autem locorum qui ἤ habent fundamentum asseverationem esse arbitror, cujus vis cum in dubitando, disjungendo atque comparando temporis progressu extenuaretur, hanc imminutionem ut fieri debuit, toni indoles secuta est isque ex circumflexu in acutum abiit.

Ac de eo quidem apud recentiores nulla dubitatio, contra apud Homerum ejus transitionis tantum vestigia et velut initia apparent terminis contenta multo angustioribus quam vulgo creditum est.

Dubitatio plerumque interrogationis formam induit sive simplicis sive compositae vel disjunctae. Utramque σύνδεσμος ὀξυνόμενος ἤ obsederat qui a Friderico Augusto Wolfio in simplici interrogatione pluribus locis, ab I. Bekkero omnibus reliquis exemptus est. Il. α, 202 τίπτ' αὖτ' . . . εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ coll. Od. ν, 418. δ, 710. — Il. ξ, 265 ἦ φῂς ὡς Τρώεσσι. — Il. ο, 132 οὐκ ἀΐεις ... ἦ ἐθέλεις ibidem 504, 506. ἦ ἔλπεσθ' . . . ἦ οὐκ ὀτρύνοντος ἀκούετε coll. Il. ε, 466.

Nimirum interrogationi quae ab ἦ incipit, si rem ipsam spectas, asseveratio inest cujus causa non raro subjicitur, ut in illo τίπτ' αὖτ' . . . εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ ... eodem prorsus modo apud nos dicitur: Warum doch bist du gekommen? *Gewiss*, damit du den Uebermuth sähest; quae non puram interrogationem continent sed

mixtam quodammodo; quia ejus ipsius rei, de qua certos nos esse asseveramus, confirmatio ab altera exspectatur. Eadem cum voto juncta est Il. *δ*, 93 *ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο . . . τλαίης κεν* — nempe asseverat quod cupit et optat eoque alteri hoc ipsum suggerit. Non alius generis est Il. *ζ*, 215 *ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι.* In der That also (*ἦ ῥα*) bist du nun (*νυ*) d. i. wie ich nun sehe, mir Gastfreund vom Vater her. Estque hoc tantum discriminis quod persuasio Diomedis quam asseverando eloquitur ex praecedente Glauci oratione deducta nova ejus confirmatione non indiget.

Non multum ab his recedunt quae deliberativa dici possunt aut ita ambigua, ut decisio de iis ex alterius scientia aut judicio aut e rerum eventu pendeat. Od. *ϑ*, 507 *τρίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλὴ ἠὲ διατμῆξαι . . . ἢ κατὰ πετράων βαλέειν . . . ἢ ἐαᾶν* ubi haud dubie *ἦε . . . ἦ . . . ἦ . . .* scribendum; juxta enim haec tria ponuntur a diversis cum asseveratione prolata non *ἀντιθετικῶς*. Ejusdem generis est Od. *ο*, 300 *ὁρμαίνων ἢ κεν θάνατον φύγοι ἦ κεν ἁλώῃ.* I. Bekkerus *ἤ κεν . . . ἤ κεν,* sed scribendum *ἤ κεν θάνατον φύγοι ἦ κεν ἁλώῃ* coll. 304, 305, 306 *συβώτεω πειρητίζων ἤ μιν . . . κελεύοι . . . ἦ ὀτρύνειε πόλινδε* in quo et ipso I. Bekkerus *ἦ* in altero tantum membro habet cujus de ratione infra videbimus.

Non diversa natura locorum est, in quibus plura ex ordine ponuntur quae interroganti aeque probabilia sunt, sed ab alterius declaratione pendent. Od. *ϑ*, 577 sq. *εἰπὲ δ' ὅ τι κλαίεις . . . ἤ τίς τοι καὶ πηὸς ἀπέφθιτο Ἰλιόθι πρὸ . . ἦ τίς που καὶ ἑταῖρος*, ubi ne interrogatione quidem opus est, quia duae asseverationes juxta ponuntur ut in re dubia illi, qui interrogat, non vero alteri, qui respondere debet et cui haec quasi in animum ingeruntur estque haec eadem ratio, ex qua etiam *τίη* in *τί ἦ* separandum monuimus.

Majori etiam jure interrogatio tollenda Od. *ϑ*, 487 *Δημόδοκ'*

ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων· ἢ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων. Hic enim antithetica τόνωσις ἢ ἢ cum ipsa interrogatione prorsus incongrua: nam Demodocus ne ipse quidem scire potest, Musa an Apollo eum docuerit, nec quidquam ad laudem facit discrimen sive à Musa sive ab Apolline doctus fuerit: contra duplex asseveratio quae utrumque ponit Demodoci gloriam egregie confirmat. Simili modo ἢ ἢ emergit Od. ι, 403 sq. τίπτε τόσον Πολύφημ' ἀρημένος ὧδ' ἐβόησας... ἢ μήτις σευ μῆλα βροτῶν ἀέκοντος ἐλαύνει; ἢ μήτις σ' αὐτὸν κτείνει δόλῳ ἠὲ βίηφιν; — De re ipsa certi sunt Cyclopes qui ad Polyphemum ejulantem conveniunt, nempe eum laesum fuisse; hinc asseveratio, sed causam laesionis duplicem ponunt et Polyphemo veluti suggerunt: *Gewiss* dich beraubt einer, *gewiss* dich bringt einer um; sed cum timoris indicatione (μήτις) qua aversantur, quod pro certo habent.

Ac Bekkerus quidem sequutus est rationem Herodiani, pluribus locis testatam a scholiis Venetis in Iliadem, siquidem ex ejus ἰλιακῇ προςῳδίᾳ ducta sunt, quae de hac τονώσει commemorantur Il. κ, 424, 505. π, 435.

Haec si recte a nobis disputata sunt, particula affirmativa omnibus erit locis reddenda, qui dubitationem et quaestiones ex alterius judicio pendentes continent, neque cum I. Bekkero in media via subsistendum, qui si duplex positio est alteram tantummodo circumflectit. Il. β, 299 ὄφρα δαῶμεν ἢ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐχι Il. κ, 310, coll. 396 ἠὲ φυλάσσονται νῆες . . . ἢ ἤδη . . . . φύξιν βουλεύουσι. Suadent hoc quia in altero membro ἡ διαστατικὸς vel διαπορητικὸςσ sit ὁ σύνδεσμος, nec vero διαζευκτικός. Ipsum Herodiani nomen in hac re commemorat schol. Il. υ, 17, coll. Χ, 244.

Jam vero non patet, si διαστατικὸν vel διαπορητικόν sufficit ad

ἢ circumflectendum, quare hoc ad alteram tantum duplicis interrogationis partem pertineat nec vero ad priorem. Haec enim cogitationum indoles, quam *διαστατικὴν* dicunt, omnes hujusmodi interrogationum partes occupat. Accedit, quod in liberis quaestionibus Bekkerus quoque duplicem ἢ posuit, ut Il. *κ*, 387 *ἢ σ' Ἕκτωρ προέηκε διασκοπιᾶσθαι ἕκαστα νῆας ἔπι γλαφυράς; ἢ σ' αὐτὸν θυμὸς ἀνῆκεν; ἢ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνηώτων;* ter idem Il. *ν*, 308 *πῇ τ' ἄρ . . . ἢ . . . ἢ . . . ἢ*. Haec enim interrogationis vel liberae vel subjectae diversitas siquidem est, ad formam dictionis spectat, rem ipsam non tangit.

Denique dimidiata ista Herodiani ratio hoc habet incommodi, quod pluribus in locis copulatio relinqui debet usui Homeri contraria, ut Il. *φ*, 61 *ὄφρα ἴδωμαι . . . ἤ ἄρ' ὁμῶς καὶ κεῖθεν ἐλεύσεται, ἦ μιν ἐρύξει Γῆ.* — Il. *β*, 238 (*ὄφρα ἴδηται*) *ἤ ῥά τί οἱ χἠμεῖς προσαμύνομεν, ἦε καὶ οὐκί*, coll. *δ*, 15.

Nam Homerus in disjunctivis sententiis ἤ nunquam aliis cum particulis copulat, ac *ἤ ἄρα, ἤ τοι, ἤ που* ipsi in hac dictionis forma incognita sunt, nec aliter se habet Atticorum usus, ne *ἤ τοι* quidem in priore membro ut videbimus excepto. Nam quae hic illic Atticis inferuntur poetis *ἤ ῥα, ἤ ἄρα, ἤ που, ἤ τοι*, grammaticorum incuriae debentur, disjunctionis naturam ignorantium. Haec autem cum ita se habeant disjunctiva particula aut simplex aut repetita apud Homerum illis tantum locis erit relinquenda, in quibus simplex enumeratio aut partium disjunctio asseverationis vim extenuavit Il. *δ*, 141 *γυνὴ . . . Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα.* — Il. *η*, 235 *ἠΰτε παιδὸς . . . ἠὲ γυναικός.* Il. *κ*, 481 *ἀλλὰ λῦ' ἵππους, ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε* al. quamvis non raro prisca asseverationis notio satis clare in his quoque emergat: Il. *η*, 195, 6 *σιγῇ ἠὲ καὶ ἀμφαδίην ἐπεὶ οὔτινα δείδιμεν ἔμπης.* Idem in particula repetita Il. *α*, 151 *ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι ἢ ἀνδράσι ἶφι μάχεσθαι.* Il. *α*, 395 *ἢ ἔπει ὤνησας ἠὲ . . . καὶ ἔργῳ.* Il. *δ*, 76 *ἢ ναύτῃσι τέρας ἠὲ στρατῷ.*

Il. *κ*, 147 *ἤ φεύγεμεν ἠὲ μάχεσθαι*, coll. ib. 175, 327, 361, 370 al. Nec quidquam diversum, si ter aut quater simili modo repetitur Il. *θ*, 290, 1 *ἤ τρίποδ' ἠὲ δύω ἵππους . . . ἠὲ γυναῖχ'*, coll. Il. *ι*, 78. Od. *θ*, 507. Il. *α*, 145 *ἤ Αἴας ἤ Ἰδομενεὺς ἤ δῖος Ὀδυσσεὺς ἠὲ σὺ Πηλείδη*, coll. Il. *κ*, 6, 7, 8.

Priusquam ulterius progrediatur disputatio, videndum, quae veterum de *ἦ* et *ἤ* sententiae fuerint. Primi de his, ut de reliquis orationis partibus, scripsere Stoici, quibus *διασαφητικὸς* habebatur ὁ *ἤ σύνδεσμος, ὁ ἐλεγκτικὸς καλούμενος* Il. *α*, 147 *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι*, ut referunt *Ὁμήρου ἐπιμερισμοὶ* v. *ἤ* p. 188 l. 25 ed. Cramer. in Anecdot. gr. T. I eosque secuti Apollonius Alexandrinus *περὶ συνδέσμων*, quem supra commemoravimus, atque Herodianus. Horum e copiis pleraque derivata sunt, quae apud Etym. M., Hesychium, Apollonium sophistam et in *Ὁμήρου ἐπιμερισμοῖς* reperiuntur s. vv. *ἦ, ἤ, ἤδη, ἦ μάλα δὴ* aut per scholia Veneta atque Harlejana et per Eustathii commentarios in Homerum disseminata sunt p. 100,7. p. 143, 27. 618, 7. 1114, 29. 1310, 59. 1641, 15. 1678, 29. 1857, 47. 1864, 61.

Ac *ἦ* quidem triplicem esse docebat simili quo Apollonius modo Herodianus apud Etym. M. p. 415, 40: *περισπώμενος μὲν γάρ ἐστι παραπληρωματικὸς, βεβαιωτικὸς, διαπορητικός.* Redundantem et hic statuit particulam in formula *ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστι* schol. Ven. Il. *χ*, 165 et *παρέλκοντα*, item schol. ad Il. *α*, 219. Il. *κ*, 432: *ἀλλὰ τί ἦ* (ita ille apud I. Bekk.) *ἐμὲ ταῦτα διεξερέεσθε ἕκαστα*, quamquam Hesychius p. 1395, dum *παραπληρωματικὸν ἴσον τῷ δὴ* judicat, vim ejus affirmativam indicet. Alterum illud *βεβαιωτικὸν* vel *διαβεβαιωτικὸν* (E. M. p. 415, 44) cum vero particulae sensu agnoscunt, dum per *ὄντως, ἀληθῶς* explicant, unde *ζήτησις* ap. Apoll. p. 488 l. 5: *πότερον εἰς τὰ ἐπιῤῥήματα* (add. *ἂν*) *κατα-*

γείη ἤ εἴπερ (scr. ὁ ἤ, ἤπερ) εἰς τοὺς συνδέσμους, et Etym. M. p. 414. l. 8 ad Il. σ, 12 ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός — ἦ appellat *ἐπίῤῥημα βεβαιώσεως* ἀντὶ τοῦ ὄντως. Eodem spectat in sylloge E. M. p. 415 l. 18 nota illa: Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀληθὲς, ὡς ἐπὶ τό (Il. α, 518): Ἦ δὴ λοίγια ἔργα κ. τ. λ. Τὸ γὰρ ὄντως ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς λαμβάνεται, (Il. σ, 12) ἦ μάλα δὴ τέθνηκεν ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς, δῆλον (scr. δηλονότι).

Eodem referunt Il. β, 370 ἦ μὴν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον. Il. ι, 57 ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσί, aucta autem βεβαιώσει, ut Il. α, 254, 55: ἦ μέγα πένθος . . . ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, *σχετλιαστικὸν* καὶ *θαυμαστικὸν* τὸν σύνδεσμον dicit Eustath. p. 114, 13. — *Διαπορητικόν*, ἀπορητικὸν vel ἀπορηματικὸν appellavere in simplici interrogatione Etym. M. Il. ι, 339—41: ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο; ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι; Od. γ, 251 ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιικοῦ, nec aliter in hoc loco mentem Telemachi cepit Nestor, v. 255: ἦ τοι μὲν τάδε καὐτὸς ὀΐεαι ὥς περ ἐτύχθη. In hoc ἀπορηματικῷ Hesych. p. 1607 l. 12 s. v. ἠὲ formam προπερισπωμένην ἦε agnoscit: περισπωμένης δὲ (προτέρας συλλαβῆς) ἀπορηματικὸς ἔσται σύνδεσμος (Od. δ, 372) ἠὲ (scr. ἦε) ἑκὼν μεθίεις, ubi scr. μεθιεῖς, quod I. Bekk. Il. ζ, 523 reposuit.

His subjungere solent ἦ illud, quod pro ἔφη dictum accipiebatur, addita nota ap. Etym. M.: καὶ σεσημείωται Ἀρίσταρχος, ὅτι ὁ μὲν Ὅμηρος ἀεὶ ἐπὶ *προειρημένοις* λόγοις ἐπιφέρει τὸ ἦ τὸ δηλοῦν ἔφη, ὁ δὲ Πλάτων μετ' αὐτὸ ἐπιφέρει τὸν λόγον, nempe in formula ἦ δ' ὅς idque doctius explicant Ὁμήρου ἐπιμερισμοὶ p. 190 l. 12 usque ad p. 191 l. 6. Hos igitur non latuit non ἦ, sed φῆ dici, si subjungatur oratio, ad quam pertinet. Il. β, 37: φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν. Od. δ, 504: φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγεῖν (scr. φυγέειν) μέγα λαῖτμα θαλάσσης, quo clarius etiam patet, non esse

hoc *ῥῆμα*, sed esse *βεβαίωσιν*, ut Il. *α*, 76: *ἦ τοι ὅ γ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο*, et credas, crebro formulae usu factum esse, ut *εἶπε* supprimeretur, quaecunque scriptorum Homero recentiorum opinio et usus fuerit. Multa enim in horum vel antiquiorum dictionem ex Homeri usu male intellecto translata sunt.

Formam alteram *ἤ*, *ἠέ* item triplici sensu dici statuebat Herodianus l. l.: *βαρυνόμενος δέ ἐστι διαζευκτικός, παραδιαζευκτικός* (quem *ὑποδιαζευκτικὸν* Choeroboscus dixit) *καὶ διαπορητικός*. Differentiam utriusque *διαζεύξεως* explicant inter alios *Ἐπιμερ.* p. 189 l. 8 seqq.: *ὁ μὲν διαζευκτικὸς τὸ ἕτερον μόνον τῶν ὑποκειμένων αἱρεῖται, τὸ δὲ ἕτερον ἀναιρεῖται*, et Herodianus: *ὁ τὰ ἐναντία τῇ συντάξει* (quae sibi opponuntur) *διιστῶν*, Il. *β*, 252 *ἢ εὖ ἠὲ κακῶς νοστήσομεν*, item Il. *ζ*, 164: *τεθναίης, ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην*, in quibus alterum altero tollitur. Contra *ὑποδιαζευκτικός· ὁ διάφορα πράγματα τιθεὶς καὶ μηδ' ἕτερον ἐν τῇ αἰτήσει διαιρῶν*. Item *Ἐπιμερισμ. παραδιαζευκτικὸς καὶ ἀμφότερα δύναται παραλαμβάνειν*, et Apollonius Alex. p. 485 l. 20 eodem nomine usus Il. *ξ*, 108: *νῦν δ' εἴη, ὃς τῆσδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι, ἢ νέος ἠὲ παλαιός*, quae explicat Apoll.: *κἂν νέος εἰσηγῆται, κἂν παλαιὸς παραδέξομαι*. Quodsi *διαζευκτικῷ* et *παραδιαζευκτικῷ* tertium addebant genus *ἀπορητικόν*, cui jam in altera forma *ἦ* locum dederant, factum est hoc propterea, quia speciem illam, qua *ἤ* interrogationi subjungitur nec tamen cum ea nexum est, ut Il. *α*, 202 *τίπτ' αὖτ', αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο;* huc referebant, *ἦ* acuentes, idque usque ad Wolfium valuit et Godofr. Hermannum, qui in disput. de pleonasmo et ellipsi serm. gr. 185 *ἦ* in his pro *fere* (*wohl*) poni putat; sed optimo, ut monuimus, jure sustulit I. Bekkerus.

His adjunxere *ἢ συναπτικὸν* pro *εἰ*, ut arbitrantur, adhibitum

Il. γ, 214: ἐπεὶ οὐ πολύμυθος οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς ἦ καὶ γένει ὕστερος ἦεν. Ad haec Etym. M.: ἦ ἀντὶ τοῦ ἐὰν καὶ τῷ γένει. οὕτω καὶ τὸ ἦ τοιόσδε ἐών. Locus est Il. χ, 420 ubi melius I. Bekkerus ἤ τοιόςδε ἐὼν . . . γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες. Scribendum autem ἤ τοῖος δὴ ἐών, cui Il. ω, 376 οἷος δή, Il. ρ, 587 οἷον δὴ respondet, coll. Il. φ, 57. Eadem forma admittenda in priori loco ἢ καὶ γένει i. e. „*et erat sane*" pro „*quamquam*", quod ipsum asseverantis est. Idem vir praeclarus in cens. Wolfiana p. 145 ἤ pro εἰ scripsit in interrogationibus, quae post dicendi, sciendi, cognoscendi verba inferuntur, si συναπτικὴ erat oratio, Od. π, 137: κατάλεξον, ἤ . . . . ἔλθω, coll. Il. ϑ, 111; idem reduxit si διαζευκτικὴ Od. δ, 487. κατάλεξον, εἰ πάντες . . . ἦέ τις. Il. δ, . . . οὐκ οἶδ' εἴ τις . . . ἦὲ καί. Il. β, 367. γνώσεαι δ', εἰ . . . ἢ ἀνδρῶν κακότητι, cf. Il. ζ, 367, χ, 244. In his igitur ἤ proposuit. Nec sane est, quare in talibus εἰ servetur, cum disjunctio orationis in eis non minus aperta sit quam post μερμήριξεν Il. α, 190, Od. ζ, 142, ubi ἤ . . . ἤ antiqua fide traditum, coll. Od. ρ, 236, item post πειρήσομαι Od. ι, 175, post φράζεο Od. ο, 168, cumque alii reperiantur loci similes, quae εἰ ne admittunt quidem Od. α, 175 ὄφρ' εὖ εἰδῶ, ἠὲ νέον μεθέπεις ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξεῖνος, coll. Il. ε, 86. κ, 309, 10. μ, 328. ν, 327. π, 713, 14. ρ, 180, 81.

His jam consentaneum erat ἤτε pro εἴτε inferri Il. β, 349: γνώμεναι, εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις ἠὲ καὶ οὐκί, et utrique membro Il. α, 65 ὅς κ' εἴποι . . . εἴτ' ἄρ' ὅγ' . . . εἴϑ' . . . coll. Il. μ, 239, quod jam traditum fuit Il. λ, 410. ἤτ' ἔβλητ' ἤτ' ἔβαλλ' ἄλλον, coll. Il. ρ, 92. Neque hoc improbabile, quod I. Bekkerus statuit, ἤ et εἰ esse tantum diversas ejusdem voculae formas, tam propter rationes, quas l. l. affert, quam ob formas ἤν et ἐάν, quae vix ex εἰ—ἄν coalescere potuerunt, optime ex ἔ ἄν, unde concludas, priscum illud ἔ

utriusque vocis radicem esse omnesque et diversas formas *εἰ, ἤ, ἦε, ἦ, ἠέ, ἦν, ἐὰν* ex eadem verbi substantivi radice progerminasse.

Aperta autem est in his omnibus priscae atque genuinae orationis ad asseverationem propensae indoles et natura, tum cum Homeri carmina perscriberentur, nondum prorsus evanita, unde jure arbitror I. Bekkerum egisse, quod formae circumflexae hac quoque ex parte campum liberiorem reddidit, quamquam neque satis sibi constiterit, neque ad ultimos terminos progressus fuerit. Posteaquam enim Il. *α*, 65 *μ*, 229 *εἴτε . . . εἴτε* cum *ἦτε . . . ἦτε* permutandas judicaverat in censura Wolf. l. l., orthographiam a veteribus traditam in editione Homeri utrique loco reliquit neque in prioris disjunctionis membro sibi constat, dum juxta formam *οὐκ οἶδ' ἤ . . . ἦε*, quae est Od. *η*, 712 coll. Il. *κ*, 342, priscam orthographiam *εἰ* servavit Od, *ϱ*, 308: *οὐ σάφα οἶδα, εἰ δὴ καὶ ταχὺς ἔσκε . . . ἤ αὔτως*, veritus, ni fallor, *ἦ δὴ* Homero inferre, cujus juncturae nullum apud poetam vestigium. Hoc ipsum tamen argumento est, non fuisse velut media via subsistendum, sed scribendum *ἦ δὴ . . . ἦ* idemque in reliquis, non excepto *ἦτε . . . ἦτε* quamquam hic quoque cantiores judicabant, intra fixos ab antiquis orthographiae homericae limites esse subsistendum, utcumque accuratior rerum notitia male positos esse aperuerit.

Ex tribus igitur, quae Herodianus distinxit particulae *ἤ* generibus, unum tantum, nempe duplex illud *διαζευκτικὸν* et *ὑποδιαζευκτικὸν* idque iis tantum locis relinquitur, qui ad interrogationes vel dubitationes non spectant. Eodem igitur in fine hujus examinis de veterum opinione in hac re delati sumus quo nos antea ratio et dictionis indoles duxerant. Accedit tamen novum, quod, ut supra monuimus, *διασαφητικὸν* dixere Stoici. Est hoc ille ipse *ἤ σύνδεσμος*, qui in *συγκριτικὸν* abiit. Causam illius appellationis indicat Apollonius p. 487. l. 23 *ἔστι (καὶ τρί) τῃ διαφορὰ τοῦ ἤ συνδέσμου ἤ τις καλεῖται διασαφητική· τοῦ μὲν γὰρ προτέρου ὕπαρξιν διασαφεῖ, τοῦ δὲ ἐπιφερομένου ἀναίρεσιν.*

Similia ap. E. M. p. 415, 27: *τῶν δύο προθέντων, τὸ ἓν αἱρεῖται, οἷον ἐν γῇ πένεσθαι* (add. *μᾶλλον*) *ἢ πλουτοῦντα πλεῖν* et l. 53: *ἔθος δὲ τοῖς διασαφητικοῖς συνδέσμοις δύο πραγμάτων προκειμένων τοῦ μὲν ἑνὸς ποιεῖσθαι αἵρεσιν, τοῦ δὲ ἑτέρου ἀποβολήν.* Exemplo plerumque utuntur Il. *α*, 112 *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.* Miro errore ad hunc versum notat E. M.: *δηλοῖ δὲ* (nempe *ἢ*) *καὶ τὸν* (nempe *σύνδεσμον*) *καί, ὡς τὸ βούλομαι κ. τ. λ.*, ut *ἢ ἀπολέσθαι* sit *καὶ ἀπολέσθαι ἐμέ,* nisi voluerit *ἤ* esse pro *εἰ καὶ* haecque lectio ei restituenda sit. Quid vero si illato comparativo aperta fit comparatio? Respondet Apollonius l. l., *τὸ ἐπιτακτικὸν ἐπίῤῥημα* (*μᾶλλον*) si inferatur, fieri hoc *εἰς ἐπίτασιν.* Non igitur tam necessarium quam utile ad *διασαφητικὸν* illud distinctius judicandum, et sane vel praecedente comparativo *μᾶλλον* infertur, ut in illo Il. *ω*, 243 *ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον.*

Diversam a veteribus grammaticis rationem structurae explicandae iniit G. Hermannus in Diss. de pleon. et ellipsi p. 185. Is perspexit *ἢ* nihil aliud esse quam *ἤ*, quod proprie *profecto* significet. Addit tamen, hinc cum accentu leniter deflexisse significationem, ut indicaret *an forte* ut in illis *ἢ ἵνα ὕβριν ἴδῃ,* et ad dubitantis interrogationis significationem traductam esse, deinde etiam ad alias formulas, ut *πότερον .. ἤ,* manifesto errore; non enim animadvertit, his quoque vim genuinam asseverationis apud Homerum mansisse. Hinc eo usque delapsus est, ut Il. *φ*, 486: *ἤ τοι βέλτερόν ἐστι κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν ἀγροτέρας τ' ἐλάφους ἢ κρείσσοσιν ἶφι μάχεσθαι,* sic explicet: „Melius sane est, feras occidere: *an forte* dimicare cum fortibus melius est? quod sensui illius loci prorsus contrarium. Non enim diceretur, quanam re melius esset feras occidere, et si sequentia etiam post interrogationis, quam Hermannus posuit, formam ad comparationem referre velles, ne suspicari quidem hoc potuit

Juno, esse hanc, quam indicat Dianae mentem, nempe pugnam cum fortioribus praeferendam venationis laboribus.

Nec tamen prorsus deserendam putem veterum grammaticorum sententiam, quae vera est, quatenus rem ad disjunctionem revocant, falsa autem quoad alterum disjunctionis membrum quod ad *ἔντασιν* vel, ut Stoici loquebantur, ad *σαφήνειαν* solam revocant. Duplex illud disjunctionis genus, quod veteres *διαζευκτικὸν* et *ὑποδιαζευκτικὸν* appellavere et in his, quae ad comparationem spectant, observare licet. In hac enim, quae juxta ponuntur per *ἤ*, ex *βεβαιωτικῷ ἢ* tenuato, sententiae aut ita sunt comparatae, ut utraque enunciata aequali modo valeat aut ita, ut altera alteri praeferri debeat. Prioris seu *παραδιαζευκτικοῦ* generis est Od. *α*, 164 *πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε*, quae Apollonius p. 434 l. 30 ita explicari posse putat: *εὔχονται ταχεῖς γενέσθαι* (potius celeriores quam nunc sunt) *ἢ ἵνα* (*ἀποφύγωσιν*) *Ὀδυσσέα ἢ ἄγαν πλούσιοι* (potius *πλουσιώτεροι*), *ἵνα πείσωσι* (*αὐτόν*). Praefert quidem formam alteram Apollonius: *μᾶλλον γὰρ εὔξονται γενέσθαι* (*ταχεῖς ἤπερ*) *ἄγαν πλούσιοι*. Sed falso. Inest enim ironia, non esse eos satis celeres, ut effugere Ulyssem, neque satis opulentos, ut se ab eo redimere possint. Transit hic rerum aequali vi juxta positarum usus ad Atticos Soph. Aj. 966 *ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς, αὑτῷ δὲ τερπνός*, ubi vel quod seorsum subjungitur, *αὑτῷ δὲ τερπνός*, monstrat, *ἐμοὶ πικρὸς ἢ κείνοις γλυκὺς* juxta vel *ἐκ παραλλήλου* poni, quae si ad *βεβαίωσιν* revocantur, sunt *ἢ πικρὸς ἐμοὶ, ἢ κείνοις γλυκὺς*, ita ut evilescente asseveratione aequabilitatis inter utrumque membrum notio relinquatur. Non igitur neque *εἰ* cum P. Emsleio neque *ᾗ* cum Schneidewinio legendum, neque cum Guil. Nitzschio ad Plat. Jon. p. 69 vertendum: „mihi acerba sive illis dulcis eius mors acciderit, *ipsi* vero felix fuit", quae prorsus a poetae mente aberrant. Si latina his

conferas, vertendum erit: mihi *tam* acerba, *quam* dulcis illis haec mors contigit, ipsi autem *grata*.

Contra si duarum rerum, quae ponuntur, altera eligi cogitatur, altera posthaberi, non hoc ad *σαφήνειαν* potest referri, sed inest alterius rei prae altera optio per *ῥῆμα* expressa, eadem ratione, quae in nominibus simili modo sibi oppositis obtinet et genitivo exprimitur, cujus vice particula disjunctiva fungitur, Il. *α*, 111 *οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα οὐκ ἔθελον δέξασθαι*. Frustra enim G. Hermannus l. l. p. 143 ab his et similibus permutationis notionem removere studet, quam tamen ipse in simili Od. *λ*, 327 *ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα* agnoscit. Est igitur *βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι*, si ad recentiorem infinitivorum per articulos flexionem referas, idem, quod *ἀντὶ τοῦ ἀπολέσθαι αὐτόν*. Ex hoc fonte omnis ille usus homericus *συγκρίσεως* fluxit, quae, si accuratius spectatur, *ἀμοιβὴ* vel *αἵρεσις* potius quam *σύγκρισις* est, quamquam permutationis ea est indoles, ut ei comparationis notionem subesse statuere debeamus. Eligimus enim ex duabus rebus eam, quam aliqua ex caussa meliorem aut nobis utiliorem judicamus, et optio si datur inter plures, *αἵρεσις* ubique *προαίρεσις* est. Apud Homerum ejus generis sunt praeter Il. *α*, 117, quod posuimus, *βούλομ' ἐγὼ κ. τ. λ.* (coll. Il. *θ*, 246) Od. *λ*, 489 *βουλοίμην κ' . . . θητευέμεν ἄλλῳ . . . ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν*, Od. *μ*, 350 *βούλομ' ἅπαξ . . . θυμὸν ὀλέσσαι ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι*, Od. *ρ*, 81 *αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἢ τινα τῶνδε*, et addito *πολὺ* Il. *ρ*, 331 *ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσιν νίκην*, unde patet, Il. *α*, 112 *ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν* dici intellecto ex praecedd. *ἢ ἄποινα δέχεσθαι* vel *ἀντὶ τῶν ἀποίνων*. His si *βέλτερον, ἄμεινον, μᾶλλον, κρεῖττον* similia injiciuntur, accuratius tantum optio vel comparatio indicatur. Fit idem addita praepositione *πρὸ* Il. *α*, 113 *καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα*, et interjecta

caussa Il. *γ*, 41 *καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν, ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ὑπόψιον ἄλλων*, ubi *καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν* extra reliquorum structuram ponuntur, cohaeret enim *καί κε τὸ βουλοίμην ἢ οὕτω κ. τ. λ.* Eadem comparationis ratio Od. *τ*, 265 *καὶ γάρ τις τ' ἀλλοῖον ὀδύρεται ἄνδρ' ὀλέσασα . . ἢ Ὀδυσῆ'*, in quo istud *ἀλλοῖον* Homero *ἅπαξ λεγόμενον* est et recentioribus relinquendum. Scr. *καὶ γάρ τίς τε καὶ ἄλλον.*

Sed tempus est ut finem hujus disquisitionis, quatenus ad *ἦ* spectat, faciamus cujus ambitum excusatum habebit, qui reputaverit, nihil tam variis et controversis opinionibus et sententiis actum esse quam harum, de quibus tractavimus, particularum *ἤ, ἠέ, ἦ, ἠὲ* originem, indolem et significationem, ut putabant, diversissimam. Quodsi ex eis, quae exposuimus, manifestum est, diversas illas et formas et significationes revocari debere ad pristinum *ἦ* i. e. ad *βεβαιωτικὸν σύνδεσμον* seu potius *ἐπίῤῥημα*, et singulas species ex vi affirmationis cum successu temporis attenuata fluxisse, operae nos pretium egisse his paginis putabimus.

5.

De usu particularum μήν, δή et τοί.

Supra monuimus, *μὲν* in *μὴν* hocque in *μὰν* augescere, si pro disjunctione orationis, quae animum attentum reddit, affirmatio et obtestatio inferuntur. At vero robustior illa particulae inhibitivae forma non tot quot expectes locos in Homericis occupat, non raro in obtestationis formam *μὰν* aucta, saepe etiam sub priscae orthographiae specie *μὲν* latens. De his breviter agetur.

Μὴν cum μὲν hoc habet commune, ut nunquam initio sententiae ponatur, post verbum vero eodem modo, quo δή, inferatur, Il. *α*, 302 *ἄγε μὴν πείρησαι* juxta *ἄγε δὴ* Il. *α*, 62, *ε*, 718 al. Hic tamen locus cum solus sit, scribendum erit *μάν*, ut est Il. *ε*, 765 *ἄγρει μάν οἱ ἔπορσον* coll. *η*, 459. — *ἔσται μὰν* Il. *ϑ*, 373. — *ζώειν μὰν ἔτι φησὶ Μενοίτιον* Il. *π*, 14. — Porro *μὴν* invenitur cum particulis *ἦ*, *καί*, *οὐ* juncta Il. *β*, 291 *ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστίν.* — Il. *ι*, 58 *ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσί*, juxta *ἦ μὰν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον.* — Il. *β*, 370 coll. v. 354, *ϱ*, 429, 448 et *ἦ δὴ μὰν* Il. *ϱ*, 538. — *Καὶ μὴν* Il. *τ*, 45 *καὶ μὴν οἳ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν* coll. *ψ*, 410 *καὶ μὴν τετελεσμένον ἔσται*, coll. Od. *π*, 440. — Il. *λ*, 582 *καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον* coll. 592. — *Καὶ μὰν* non occurrit. — *Οὐ μὴν* Od. *ϱ*, 381 *᾿Αντίνο', οὐ μὴν καλὰ καὶ ἐσθλὸς ἐὼν ἀγορεύεις* reponendum et Il. *υ*, 339 *οὐ μὴν γάρ τίς σ' ἄλλος ᾿Αχαιῶν ἐξεναρίξει* juxta *οὐ μὰν* Il. *δ*, 512, *ε*, 895, *μ*, 318, *ν*, 414, *ξ*, 454, *ο*, 16, 508, *ϱ*, 41, 415, *ψ*, 441 et bis in Odyssea *λ*, 344, *ϱ*, 470. Plura in his sunt quae, cum simplicem asseverationem habeant, *μὴν* requirunt, ut. Il. *ο*, 508 *οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν*, cui ex Vindob. *μὴν* reddendum. — *Μὴ μὴν* non occurrit, sed *μὴ μὰν* Il. *ϑ*, 512 *ο*, 476, 508 *χ*, 304. Porro *μὰν* brevi et objecto *ν* in obtestando et jurando post *ναὶ* et *οὐ*. Il. *α*, 234 *ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον.* — *Οὐ* post *μὰ* repetita post plures voces interjectas in negatione Il. *α*, 86 *οὐ μὰ τὸν ᾿Απόλλωνα . . . οὔτις.* — Il. *ψ*, 43 *οὐ μὰ Ζῆν' . . . οὐ θέμις.* — Od. *υ*, 339 *οὐ μὰ Ζῆν' . . . οὔ τι διατρίβω.* — Si post *ναὶ* longa requiritur syllaba, *δὴ* ponitur pro *μὰ* in sola hac formula: *ναὶ δὴ τοῦτό γε* vel *ταῦτά γε* subjuncto vocativo, *γέρον, τέκος, θεὰ* al. Il. *ϑ*, 146 *κ*, 169 *σ*, 128 *ψ*, 626 *ω*, 379. — Od. *δ*, 266 *σ*, 170, *υ*, 37 *χ*, 486.

Mirum autem, quod in tam crebro affirmationis apud poetam usu junctura *ἦ μὴν* bis tantum, ut vidimus, occurrit, item paucis locis

καὶ μὴν, οὐ μήν. Quo arctiores autem termini huic particulae fixi sunt, tanto latius subjunctivae *μὲν* usus et in eos quoque locos extenditur, qui nihil subjunctivi vel disjunctivi habent.

Ut ab *ἦ μὲν* incipiamus, ex quo, ut monuimus, *ἠμὲν* ortum est, scholiasta Venetus ad Il. *α*, 77 seu potius *Ἰλιακῆς προσῳδίας* Herodiani epitomator in vv. *ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν. ἦ γὰρ ὀΐομαι* asseverationem quidem agnoscit — dicit enim, *ἦ μὲν* seu *ἠμέν*, quae ejus *τόνωσις* est, *ἀντὶ τοῦ ἠμὴν* poni — sed intactum relinquit *μέν· ἔστι δὲ*, inquiens, „*ἐπίῤῥημα ὁρκικόν· διὸ βαρύνομεν τὸν ἦ, εἰ γὰρ περισπῶμεν, ἔσται βεβαιωτικόν.* Mira sane ratio obtestationem et affirmationem ita distinguendi, ut illi, quae fortior est affirmatio, *βεβαιωτικὸν σύνδεσμον* eripias et disjunctionem *μὲν* inferas, cui nihil prorsus cum illa commune est in eo praesertim loco, qui disjunctionem ne admittit quidem. Originem is error habet ex iis locis, in quibus particulae illae *ὁρκικαὶ* metro videbantur defendi, ut Il. *ξ*, 275 *ἦ μὲν ἐμοὶ . . . δώσειν*, quod scribendum etiam Il. *χ*, 233 *ἦ μέν μοι* coll. *ω*, 749, 763 Od. *ν*, 425 *ξ*, 281. Nec aliter se habent Od. *ϑ*, 384 *ἠμὲν ἀπείλησας . . . ἠδ' ἄρ' ἑτοῖμα.* Hi igitur non animadverterunt, in his et similibus longam vocalem eadem vi rhythmica frangi, qua id fieri solet in *ἀργέτι δημῷ* et *ἀργῆτι κεραυνῷ* et in formis conjunctivis verborum, quae *η* atque *ω*, si rhythmus id postulat, in *ε* et *ο* minuunt, non excepto *ω* circumflexo, ut alibi demonstravimus, unde *εἰδῶμεν* in *εἰδόμεν* abiit, quod ejus necessitatis ignari *εἴδομεν* scripsere grammatici.

Statuendum igitur, in his *μὲν* revera *μὴν* esse idque reponendum esse, si abest subjunctio, contra adest asseveratio sive simplex sive in obtestationem aucta. Hinc corrigendi *ἦ μὲν δὴ μάλα* Il. *γ*, 430 *ἦ μὲν δὴ πρίν γ'* coll. Il. *η*, 97 *ι*, 348 *π*, 236, 362 *χ*, 239 Od. *δ*, 33 *ι*, 29 *ξ*, 216 *ω*, 416, qui omnes loci disjunctione carent.

His accedunt Il. ρ, 529 ἤδη μέν κε καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστι Γνοίη, quae apertam et solam habent asseverationem et scr. ἦ δὴ μήν. Nec aliter se habet Il. η, 301, 2: ἠμὲν . . . ἠδ᾽ αὖτ᾽ ἐν φιλότητι, ubi falsa disjunctionis specie sublata scr. ἦ μὴν . . . ἦ δὴ αὖτ᾽ cum synizesi ut in eo, quem supra posuimus, loco Od. ϑ, 383 ἠμὲν ἀπείλησαν . . . ἠδ᾽ ἄρ᾽ ἑτοῖμα, quod scribendum erit ἦ μὲν (i. e. μὴν) . . . ἦ δὴ ἕτοιμα. Particula ἄρ sincerae dictionis ignorantia intrusa fuit. Ut in his affirmativae, ita in aliis *negativae* affirmationi μὴν pro μεν reddenda, οὐ μὲν Il. ϑ, 238 οὐ μὲν δὴ ποτέ φημι. Il. ϑ, 294 οὐ μέν τοι coll. φ, 370 Od. η, 159 σ, 23 οὐ μὲν γάρ φιλότητί γ᾽ ἐκεύϑανον ubi fortior asseveratio aperta est, quam μὲν tollit; οὐ μὲν γάρ τί σ᾽ ὑποστρέψασϑαι ὀΐω coll. Il. ε, 901 ζ, 124, 125. Metro defensae formae tenues Il. β, 703 οὐδὲ μὲν (i. e. οὐ δὲ μὴν) οὐδ᾽ οἱ ἄναρχοι ἔσαν. Eodem modo Il. ψ, 311 τῶν δ᾽ ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρεροι, οὐδὲ μὲν αὐτοὶ Πλεῖονα ἴσασιν ubi scrib. οὐ δὲ μὲν. Est enim pro οὐ δὲ μὴν, quod in οὐδὲ μὲν abiit. Il. ε, 893 τὴν μὲν ἐγὼ σπουδῇ δάμνημ᾽ ἐπέεσσιν. Il. η, 357 Ἀντῆνορ᾽, σὺ μὲν οὐκέτ᾽ ἐμοὶ φίλα. Nam quod sequitur εἰ δ᾽ ἐτεὸν δὴ non facit disjunctionem.

Sed ulterius patent hujus confusionis termini. Non enim solum post ἦ atque οὐ, sed etiam in aliis particularum juncturis nec non post nomina et in disjunctionibus obtinet, quarum praecipua capita hic breviter ponamus.

Post ἀλλ᾽ ἔτι Od. λ, 104 ἀλλ᾽ ἔτι μέν κε καὶ ὥς, quod eodem modo dictum est, quo ἀλλὰ μὴν apud recentiores. Il. λ, 828 ἀλλ᾽ ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον, ubi nulla prorsus disjunctio. Γέ. Il. σ, 380 πάρος γε μὲν οὔτι ϑαμίζεις, ω, 642 πάρος γε μὲν οὔτι πεπάσμην ubi scrib. πέπασμαι. Nec aliter se habet μὲν succedentibus δὴ et τοί, quae asseverationem manifestam reddunt. Il. ω, 660 εἰ μὲν

δή μ' ἐθέλεις τελέσαι τάφον ... ὡδέ κέ μοι μοι ῥέξας κ. τ. λ. ubi et subjunctio per δὲ inferenda deest, et detrahitur aliquid de vi verborum Priami, si in tali statu eum disjunctivae particulae usum exhibeas cum tamen ne adsit quidem disjunctio. Nec aliter Il. λ, 138 εἰ μὲν δὴ Ἀντιμάχοιο δαίφρονος υἱέες ἐστόν . . . Νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην, cujus loci utraque in sententia et robustior dictio et subjunctionis absentia duplicem μήν requirunt. Hic illic invenias quidem δὲ particulis μὲν δὴ subjunctum ut Od. ζ, 243 πρόσθεν μὲν γάρ δή μοι ἀεικέλιος δόατ' εἶναι, νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε, adest tamen et in his asseveratio fortior, nec quidquam impedit, quominus post eam δὲ orationi inferatur. — Il. α, 540 Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο. Quis vero in tali precum ἐνεργείᾳ subjunctivam toleret? — Μέν τοι quod supra post οὐ removimus etiam absque negatione removendum apparet Il. δ, 441 μάλα μέν τοι ἐγὼ Od. δ, 411 φώκας μέν τοι πρῶτον.

Non meliori jure post pronomina extra disjunctionis terminos aut infertur aut antiquitus illata relinquitur μὲν Il. ν, 47 Αἴαντε σφὼ μὲν σαώσετε. Hic Apollonius κε praebet, et scr. μήν κε. Post justa sequitur disjunctio μὲν . . . δέ vv. 49, 52. — Il. δ, 341 σφῶϊν μέν τ' ἐπέοικε scr. μήν ἐπέοικε. Od. ξ, 508 ὦ γέρον, αἶνος μέν τοι ἀμύμων, coll. Od. ω, 321 κεῖνος μέν τοι ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ et Od. φ, 207. — Il. β, 145 τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε, in quo loco orthographiae μήν ignorantia tertiam particulam τε sincerae orationi obtrudit. Contra recte se habet Il. σ, 131 τὰ μὲν (ἔντεα) κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται, οὐ δὲ ἕ φημι Δηρὸν ἐπαγλαϊεῖσθαι. Sed in antithesi scr. οὐ δὲ ἕ. Hinc pendent gnomica Il. ο, 203 στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν, ubi scr. μήν τοι φρένες, nec minus Il. φ, 464, 466 ἄλλοτε μέν τε ζαφλεγέες τελέθουσιν . . . ἄλλοτε δὲ φθινύθουσιν. Inest quidem disjunctio, ut Od. λ, 303 ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε, sed cum asse-

veratione τοὶ conjuncta; nam τε post μὲν injectum mera est dictionis scabrities. Nec causa, quare ἄλλοτε in antiquo aevo coaluisse statuas, ortum ex ἄλλ' ὅτε, et in has voculas solvendum. Nimirum ἄλλ' ὅτε idem est quod recentiorum ἔσθ' ὅτε. Scribendum igitur in priore loco ἄλλ' ὁτὲ μήν τοι . . . ἄλλ' ὁτὲ δή. Posterioris disjunctio simplex.

Expeditiora sunt quae ad usum particulae δὴ pertinent, cujus vis cohibendi et ligandi in eo cernitur, ut animi attentionem in vocabulo aut sententia aut denique in sententiarum ligamine retineat eoque vim ejus augeat. Hoc quia saepe cum respectu ad tempus fit inde particulae vim temporalem non raro tribui vidimus. Infertur autem post *nomina substantiva*, Il. β, 340 ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε (scr. κε) γενοίατο. Il. δ, 150 γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι. Od. ι, 94 Δήλῳ δή ποτε τοῖον, cui cognata sunt quae post vocativum illata sententiam inchoant et corroborant Il. ο, 437 Τεῦκρε πέπον δὴ νῶϊν ἀπέκτατο πιστὸς ἑταῖρος. — Il. τ, 342 τέκνον ἐμὸν δὴ πάμπαν ἀποίχεαι. Post *nom. adj. posita* Il. σ, 95 ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι. Od. ο, 451, κερδαλέον δὴ τοῖον. Il. χ, 296 ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο. Od. ξ, 406 πρόφρων κεν δὴ ἔπειτα. Post *comparativa* Il. ω, 443 ῥηΐτεροι .. δὴ ἔσεσθε. Il. ω, 443 — Post *superlat.* Il. α, 260 κάρτιστοι δὴ κεῖνοι. Il. α, 266. Post *adverbia* Il. τ, 401 ἄλλως δή. — Il. ν, 776 ἄλλοτε δή ποτε. — Il. τ, 401 ἄλλως δή. — Od. ν, 357 εὖ δή. — Il. τ, 85 πολλάκι δή. — Il. χ, 403 ἐγγὺς δή τι κακόν. — Il. μ, 233 εἰ δ' ἐτεὸν δή. — Od. θ, 487 ἔξοχα δή Od. θ, 487. — Il. α, 251 τάχα δή, et accedente alia particula Od. ρ, 413 τάχα δὴ καί. Od. ο, 486 ἦ μάλα δή. Od. γ, 352 οὔ θην δή. Post *numerale* Il. β, 134 ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου (scr. μεγάλοι) ἐνιαυτοί. — *Post pronomina* Il. η, 281 τό γε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες. Il. ν, 776 τοῦτο δὴ οἴκτιστον. Il. β, 350 τὰ δὴ νῦν, Od. λ, 222 κεῖνον δὴ κάλλιστον — Post *pronom. rel.* Il. β, 117

ὅς δή πολλάων. Il. υ, 233 ὅς δὴ κάλλιστος. — Il. α, 388 ὃ δή coll. Il. π, 511. — Od. ο, 404 ὅς τις δή. — Il. α, 6 ἐξ οὗ δή. Od. η, 212 ὅσσα . . γε δή coll. ξ, 198. Il. ω, 376 οἷος δὴ σὺ δέμας. — Il. ρ, 587 οἷον δή coll. Il. φ 57 Il. φ, 442 ὅσα δή. — Il. γ, 317 ὁππότερος δὴ et interjecto περ Il. μ, 256 τοῦ περ δή coll. ο, 707. Post *pronom. adverb.* Il. α, 138, 179 οὕτω δή. — Od. α, 32, δ, 333 ρ, 124 οἷον δή — Il. χ, 185 ἔρξον, ὅπῃ δή τοι νόος ἔχλετο. — Il. ο, 46 τῇ ἴμεν . . . ᾗ κεν δή συ . . . ἡγεμονεύῃς. — Post *interrogativa* Il. χ, 185, Od. ι, 204 ποῦ δὴ νῦν γε. Il. β, 339 πῇ δή — Il. σ, 364 πῶς δὴ ἔγωγ' — Hinc Il. φ, 481 πῶς δὲ σὺ vocalem tenuatam habebit pro δή. — Od. π, 461 τί δὴ κλέος — Od. ρ, 382 τίς γὰρ δή — Il. φ, 436 τίη δὴ i. e. τί ἤ δή — Eadem vi post *verba* infertur Il. φ, 472 φεύγεις δή, Ἑκάεργε Od. β, 221 νοστήσας δὴ ἔπειτα. Od. θ, 128 ἴδμεν δὴ Μενέλαε. Post *imperativos* Il. α, 62 ἀλλ' ἄγε δή, coll. γ, 441 ε, 718 φ, 60, 221. Od. μ, 102. — Il. ζ, 460 δότε δή — Od. β, 229 κέκλυτε δὴ νῦν μὲν Ἰθακήσιοι (scr. μήν). Il. υ, 115 φράζεσθον δὴ σφῶϊ et post *infinit.* vi imperandi Od. ο, 292 φράζεσθαι δὴ ἔπειτα.

Particulae quibus eadem vi, qua nominibus et verbis δή subjungitur, primum affirmativae et negativae sunt: ἦ δή, ἤδη, ἦ μάλα de quibus actum est supra, porro καὶ Il. α, 293 καὶ δὴ ταῦτά γε πάντα coll. Il. σ, 128. Od. σ, 170, — οὐκ Il. γ, 52 οὐκ ἂν δὴ μείνειας Ἀρηΐφιλον Μενέλαον. — Il. σ, 8: μή δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακά. — Il. χ, 455 δείδω μὴ δή μοι θρασὺν Ἕκτορα . . πεδίονδε δίηται. — Il. ψ, 7 μὴ δή πω. Hae prisci usus reliquiae monstrant integras juncturas μὴ μήν, μὴ δὴ juxta μὴ μὲν et μὴ δέ fuisse, eodem modo quo οὐ μήν .. οὐ δή quae in οὐ μέν ... οὐ δέ, non aliter ac ἦ μήν . . . ἦ δή, quae extenuato tono sub forma ἠ μέν . . . ἠ δὲ in ἠμέν . . . ἠδὲ conflata abierunt. Nemo autem haec levia habebit,

cui persuasum est, graecam syntaxin tunc demum intelligi posse, si ejus formae ad origines suas simplices illas sed vivaces revocatae et ex earum usu explicatae fuerint. His succedunt *consecutivae* et *inhibitivae*: ἄρα Il. μ, 321: ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα et praecedente ἤ Il. 445 ἤ ἄρα δή, nec non inter ἤ . . . ἤδη Od. π, 462 ἤ ῥ ἤδη. — Praecedente ἀτὰρ Il. ψ, 871 τόξον· ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι, ubi πάλαι, quod subjunctum est, eodem modo se habet et dictum fere est pro πάλαι δὴ vel potius δὴ πάλαι coll. Od. τ, 22 αἲ γὰρ δή ποτε. — Juncturam μὲν δὴ supra ab Homero removimus, contra δὲ δὴ bene se habet Od. β, 176 οἴκαδ' ἐλεύσεσθαι, τὰ δὲ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. — Il. ρ, 460 ὀψὲ δὲ δή. — Il. π, 763 οἱ δὲ δὴ ἄλλοι coll. Il. ϑ, 30. χ, 300. In his enim subjunctionis per δὲ indicatae vis augetur accedente δή, quae affirmationem addit. — Porro causales et temporales voces diversis modis subjunctas habent has:

Εἰ, quae vocula accedente δὴ eodem fere modo vim auget, quo *si* accedente *quidem*. Il. α, 61: εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς, coll. 294, 574. Il. μ, 79, 6, 120 et accedentibus aliis particulis Il. ο, 53. — Εἰ δή που Od. ρ, 484. — Il. α, 399 εἴ ποτε δή. — Il. α, 39 εἴ ποτε δή . . . ἤ εἰ δή ποτε, unde clarum δή ποτε ad urgendam vim situ converso poni. — Ἐπεὶ Il. α, 235 ἐπεὶ δὴ πρῶτα. — Il. α, 293 ἐπὴν δή coll. ω, 405. — Od. ι, 131 ο, 389 ἐπεὶ ἄρ δή. — Od. ρ, 226 ἐπεὶ οὖν δή, — nec non γὰρ δὴ Il. β, 301 φ, 21, ὅτι δὴ Il. σ, 11 et Il. ξ, 112 οὕνεκα δὴ νῦν . . . τοὔνεκα δὴ νῦν. — Il. χ, 216 νῦν δή, coll. ω, 640. — Od. ρ, 217 νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ, quod μὴν scribendem.

Reliquis temporalibus adnexa est his modis. Il. α, 432 οἱ δ' ὅτε δή coll. γ, 15 Il. γ, 209 ἀλλ' ὅτε δή coll. 212, 216 γ, 441 ξ, 433 π, 786. Accedente ῥα Il. α, 493 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' coll. ν,

201, 264 ω, 31. — ὁππότε Il. σ, 115 ὁππότε κεν δή coll. Od. γ, 237 Il. φ, 340 ἀλλ' ὁπότ' ἂν δή. — His accedunt caussales particulae. Il. ξ, 112 οὕνεκα δή. — Il. ν, 409 οὕνεκα δή νῦν ... τούνεκα δὴ νῦν. — Denique copulam sequitur καὶ vel sola Il. α, 161 καὶ δή μοι γέρας, coll. β, 135 δ, 52 π, 424 Od. β, 315 κ, 30 vel aliis juncta Il. α, 92 καὶ τότε δή, praecedentibus καὶ δή. — Il. π, 816 καὶ γὰρ δή. — Il. ε, 898 καί κεν δή. — Il. η, 273 καί νύ κε δή coll. ψ, 490; nec non particulam ὡς in votis auget Od. α, 251 ὡς δὴ ἔγωγε ὄφελον et in re declinanda, *scilicet ac si* Il. α, 110 ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει, nec sine irrisione accedente ἄρα Il. σ, 75 ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο.

Sunt tamen et aliae juncturae, in quibus δὴ reliquas particulas non sequitur, sed praecedit, si scilicet ejus vis ut in exemplo supra posito reliquis praevalet, aut non tam ad accedentem particulam quam ad sententiam, cujus pars est aut quam praecedit, augendam atque intendendam pertinet. Efficitur hoc, si locos, in quibus γὰρ δὴ et δὴ γάρ, νῦν δὲ et δὴ νῦν junguntur inter se conferas. Od. ζ, 242 πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος δέατ' εἶναι, νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε. Γὰρ δὴ caussam cum quadam asseveratione indicat; contra Il. ω, 351 δὴ γὰρ καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλυθε γαῖαν temporis nocturni jamjam ingruentis indicationi inservit, quod in caussa est, quare Priamus equos continuisse ad flumen dicatur. Ejus generis sunt δὴ αὖτε Od. ι, 310 σὺν δ' ὅγε δ' αὖτε δύω μάρψας quod scr. δὴ αὖτε — δὴ ἔπειτα in apodosi post αὐτὰρ ἐπεὶ Il. ν, 338 θαρσήσας δὴ ἔπειτα. — δὴ νῦν Il. γ, 40 τοὔνεκα δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης. — δή που Od. α, 161 οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ. — δή τοι Il. κ, 315 Δόλων ... ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακός, ἀλλὰ ποδώκης. Cum autem hoc situ δὴ ad totius loci tenorem pertineat, in tempore indicando initio ἀποδόσεως ponitur, post ἐπεὶ Od. θ, 486 αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος . . . ἐξ ἔρον ἕντο, δὴ τότε Δημόδοκον προσέφη, Od. ι,

310 *αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ σπεῦσε πονήσαμενος . . . σὺν δ' ὅγε δ' αὖτε δύω μάρψας ὡπλίσσατο δεῖπνον* quod scr. *δὴ αὖτε.* Post *ἦμος* Il. *α*, 476 *ἦμος . . . δὴ τότε ἦμος . . . καὶ τότ' ἔπειτ'*, quas paratacticas esse structuras in grammat. gr. ed. III. §. 316 docui.

Inde etiam extra hos fines in simplici sententiarum junctura primum locum occupat ante *τότε γ', ῥά τότ'* — Il. *ε*, 136 *καὶ πρίν περ μεμαὼς Τρώεσσι μάχεσθαι, Δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἕλεν μένος.* Il. *ν*, 441 *ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον Δὴ τότε γ' αὖον ἄϋσεν.* — Il. *ξ*, 389 *Τρῶας . . . ἐκόσμει φαίδιμος Ἕκτωρ. Δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν* coll. Il. *π*, 63 Od. *ϑ*, 424, item ad caussam indicandam ante *γάρ* Il. *λ*, 314 *ἀλλ' ἄγε . . . παρ' ἔμ' ἵστασο· δὴ γὰρ ἔλεγχος ἔσσεται* coll. *ω*, 351 adsumpto insuper *πέρ* coll. Od. *ν*, 30.

Ceterum in hac quoque particula fieri solet, ut rhythmica vi longa vocalis tenuetur et *δέ* appareat, ubi extra illam necessitatem *δή* locum legitimum occupat. Ita juxta *ποῦ δή, τί δή* in interrogationibus quas supra posuimus et *πῶς δὴ ἔγωγ'* (Il. *σ*, 364) Il. *φ*, 481 *πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας* apparet quod rhythmo fractum pro *πῶς δὴ σὺ* poni tam analogia quam dictionis indoles evincit. Similia in aliis.

Haec igitur de particulis *μήν* et *δή* quatenus speciem disjunctivam induerunt dicta sufficiant. Multa quidem ejus generis supersunt per omnes rhapsodias disseminata, quae tamen ad capita, quae exposuimus, sine negotio revocari possunt. Scio vulgatam scripturam in his quoque defendi solere, ut a Spitznero in excurs. VIII (ad Il. *δ*, 424) iisque quos ibi sequitur, nec obsto, quominus vulgata textui qualem constitutum habemus, relinquantur; juvabit tamen genuinam dictionis indolem perspexisse, ut eam si absque gravi

παραδόσεως incommodo fieri potest, poëtae in singulis reddas, et, si haec redditio nimium audax videatur, saltem intelligas quod dici debuit et revera a poeta dictum tradebatur, donec successu temporis adstrictis metri et analogiae legibus immutata ad posterorum memoriam propagarentur.

Superest, ut de particula *τοὶ* agamus. Hanc ad *τὸς* revocandam esse supra monuimus, vi adverbiali, ut *οἴκοι, domi.* Nec tamen ab ipsa forma genuina, sed deflexa deduxerim, quam *τοῖος, τοιοῦτος* monstrant, ut sit *tali modo*, referaturque ad cogitationes animo comprehensas conclusionesque inde deductas. Hinc et ipsa concludendi et affirmandi vim nanciscitur et quamvis sensu suo peculiari, eodem tamen ordine, quo reliquae, affirmandi, demonstrandi, excitandi ligandique vim habentes aut seorsim aut junctim cum aliis ponitur. Initio sententiae non nisi cum *γὰρ* conjuncta ponitur aliquoties in Il. *α*, 76: *τοιγὰρ* (scribendum *τοὶ γὰρ*) *ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο.* Il. *κ*, 437 *τοιγὰρ ἐγὼ καὶ ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως καταλέξω* saepiusque in Odyssea *ν*, 257 *δ*, 383, 399, 611, aliis. Estque affirmatio cujus causa subjecto *γὰρ* additur, fere ut nostrum *so denn.* Mansit hoc Epicis et ad Atticorum poetarum dialogos, sicut videbimus transiit, Pindaro non adhibitum. Nam quod apud hunc legebatur Nem. VII, 33 *τοιγὰρ μέγαν ὀμφαλὸν . . . . μολών*, id felici G. Hermanni conjectura *τοὶ παρά* pro *τοιγὰρ* scribentis sublatum est. In reliquis mediae orationi infertur tam post nomina quam post particulas Il. *β*, 298: *αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι.* Il. *φ*, 110 *ἀλλ' ἐπί τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος.* Od. *π*, 263 *ἐσθλώ τοι τούτω γ' ἐπαμύντορε* multaque alia ejus generis. Hinc in gnomicis frequens. Od. *θ*, 351 *δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι* coll. *ι*, 11 *ξ*, 72: *ἶσόν τοι κακόν ἐστι κ. τ. λ.* Il. *μ*, 412 *πλεόνων τέ τοι ἔργον ἄμεινον* sed hic *δέ τε* scrib. ob digamma.

Eadem vi pronominibus subjungitur Il. *κ*, 341 *οὗτός τοι, Διόμηδες, ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ.* Od. *ι*, 249 *ἡμεῖς τοι Τροίηθεν . . . ἤλθομεν.* Il. *ζ*, 211 *ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος.* Il. *ο*, 69 *ἐκ τοῦ δ' ἄν τοι ἔπειτα;* et particulis his: *αἰεί* Il. *χ*, 488 *αἰεί τοι τούτῳ γε πόνος.* *Αὐτάρ* Il. *ω*, 45: *αὐτάρ τοι καὶ κείνῳ* Il. *ν*, 29 coll. *γ*, 56 *Γάρ.* Il. *ο*, 121 *ἤδη μὲν γάρ τοι.* Od. *τ*, 592 *ἐστὶ γάρ, κ. τ. λ.* *Δέ* Il. *α*, 419: *τοῦτο δέ τοι ἐρέουσιν ἔπος Διΐ* — *Δή* Il. *κ*. 316 *ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακός* Il. *χ*, 12 *οἳ δή τοι εἰς ἄστυ ἅλεν.* — *Ἐπεί* Il. *χ*, 13 *ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι.* — *Καί* Il. *ν*, 267 *καί τοι ἐμοῦ παρά τε κλισίῃ καὶ νηῒ μελαίνῃ Πόλλ' ἔναρα Τρώων.* Apud recentiores particulae *καί τοι* in significationem *et tamen* abierunt. — *Οὐ* Il. *γ*, 65 *οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστί.* Od. *ξ*, 487 *οὔ τοι ἐγὼ ζώοισι μετέσσομαι* coll. Od. *ω*, 330 *π*, 267 nec aliter *οὐδέ* Od. *β*, 17 *οὐδέ τοι αὐτός* et post verbum interjecta *μέν* Od. *π*, 283 *νεύσω μέν τοι ἐγὼ κεφαλῇ· σὺ δ' ἔπειτα κ. τ. λ.*

Non raro inter particulam *τοί* et pronomen encliticum *τοί* i. e. *σοί* sensus haeret, ut Il. *α*, 419, quod supra posuimus, *τοῦτο δέ τοι ἐρέουσα ἔπος Διΐ* ubi sequitur v. 426 *δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται . . . καὶ τότ' ἔπειτά τοι εἶμι.* Similis copulatio utriusque voculae Il. *ω*, 547 *αὐτὰρ ἐπεί τοι πῆμα τόδ' ἤγαγον ... αἰεί τοι περὶ ἄστυ μάχαι.* Il. *π*, 450 *ἀλλ' εἴ τοι φίλος ἐστὶ . . . ἤ τοι μέν μιν ἔασον.* Hinc pendent Od. *β*, 286 *τοῖος γάρ τοι ἑταῖρος ἐγὼ . . . ὅς τοι νῆα θοὴν στελέω* Od. *ο*, 39 *ὅς τοι ἐὼν ἐπίκουρος . . . ὁμῶς δέ τοι ἤπια οἶδεν* Od. *β*, 87 *σοὶ δ' οὔτι μνηστῆρες . . . ἀλλὰ φίλη μήτηρ ἤ τοι περὶ κέρδεα οἶδεν,* ubi analogia reliquorum *οὔτοι* pro *οὔτι* postulat, coll. *π*, 187 *οὔτις τοι θεός εἰμι* Od. *ρ*, 400 *οὔ τοι φθονέω;* — mox 403 *ἀλλ' οὔ τοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.*

Nulla autem frequentior, quam particularum *ἤ τοι* copulatio. Grammatici in hac junctura *τοί παραπληρωματικόν* existimarunt, teste

Etymol. Magn. s. h. v. eaque de causa τόνωσιν ἤτοι induxerunt, falsam nimirum, quippe quae falsa opinione nitatur, et ubique in ἦ τοι solvendam. Hae autem eodem, quo ἦ simplex jure et praeponuntur et tam nominibus atque verbis quam particulis subjiciuntur. Il. δ, 22 ἦ τοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν Il. φ, 485 ἦ τοι βέλτερόν ἐστι coll. Il. φ, 90 Od. φ, 98 ἦ τοι ὀϊστόν γε πρῶτος. Il. ε, 383 ἦ τοι τῶν ἄλλων. Il. χ, 280 ἦ τοι ἔφης γε.

E pronominibus ἐγώ solum subjunctum habent et articulum demonstrativum ὁ aut simplicem aut cum γέ, μέν conjunctum Il. γ, 305 ἦ τοι ἐγὼν εἶμι coll. Il. ο, 190 φ, 446 χ, 317. — Il. ξ, 252 ἦ τοι ἐγὼ μὲν ἔλεξα coll. Od. μ 165. χ, 171. — Il. δ, 51 ἦ τοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν (i. e. μὴν) πολὺ φίλταταί. — Od. α, 155 ἦ τοι ὁ φορμίζων. Il. τ, 100 ἦ τοι ὅ γ' εὐχόμενος coll. Od. ρ, 153, et in forma fere solemni Il. α, 88, 101 ἦ τοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ ἕζετο coll. Il. η, 354, 365 Od. β, 224 et subjecto μέν: ἦ τοι ὁ μέν, quae forma frequentissima est in Iliade. Il. δ, 537: ἦ τοι ὁ μὲν Θρηκῶν ὁ δ' Ἐπειῶν χαλκοχιτώνων Ἡγεμόνες coll. Il. ε, 842, 847 ϑ, 364 η, 647 842, 847 ζ, 404 λ, 94, 257, 373 ν, 614, 694 ο, 333, 634 π, 253 ρ, 193 φ, 67, nec ab Odyssea deest, ut χ, 180. Reliquorum casuum accusativus tantum nulla accedente particula post ἦ τοι invenitur. Il. ε, 447 ἦ τοι τὸν Λητώ τε καὶ Ἄρτεμις … ἀκέοντο. Particulae has voculas initio orationis positas sequuntur γάρ, μέν, νῦν, ὅτε Il. ζ, 414: ἦ τοι γὰρ πατέρ' ἁμὸν ἀπέκτανε coll. Od. γ, 124 λ, 314. Il. λ, 613: ἦ τοι μὲν τά γ' ὄπισθε coll. Od. δ, 505 ρ, 372 et juncta utraque Il. ν, 67 ἦ τοι μὲν γὰρ ἅπαντα coll. ibid. 313 al. Si exclusa est disjunctio et affirmatio fortior, μέν pro μήν habendum hocque ipsum reponendum erit, ut Il. δ, 18 ἦ τοι μὲν οἰκέοιτο πόλις. ib, 376, quamquam sequente δέ ut Il. γ, 168 ἦ τοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασιν· καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον.

Particulae temporalis ὅτε post ἤ τοι illatae haec exempla suppetunt. Il. κ, 11 ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον... ἀθρήσειεν, Od. ϑ, 87 ἤ τοι ὅτε λήξειεν coll. Od. π, 23.

Ad locos, qui ἤ τοι initio positas habent, referri poterunt ἀποδόσεις post ὅτε, ὅτε δή, siquidem in illis paratacticam dictionem deprehendas. Il. ν, 113 ἀλλ' ὅτε δὴ . . . ἤ τοι μὲν Μενέλαος Il. ζ, 201 ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνη ἀπέχϑεις . . . ἤ τοι ὁ κὰπ πεδίον coll. η, 188 ι, 155: post ἐπεὶ semel Il. ω, 629 αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος . . . ἤ τοι Δαρδανίδης.

Mediae orationi eodem quo simplex modo aut solae inferuntur aut aliis particulis nexae, ac nominibus quidem non nisi post vocativum. Il. η, 191 ὦ φίλοι, ἤ τοι κλῆρος ἐμός Od. ρ, 101: Τηλέμαχ' ἤ τοι ἐγὼν coll. Il. η, 406 ρ, 509. — ψ, 306. Ἀντίλοχ' ἤ τοι μέν σε coll. ω, 460 al. Nimirum vocativus extra reliquae orationis nexum positus eas admittit orationis formas, a quibus sententiae incipi possunt.

E pronominibus ὁ et relativum ὅς huic juncturae praemittuntur. Il. μ, 141: οἱ δ' ἤ τοι εἵως μέν. — Il. σ, 378: τοῦ δ' ἤ τοι κλέος coll. Il. λ, 24 Od. μ, 85: τῆς ἤ τοι. Il. β, 813: τὴν ἤ τοι ἄνδρες... ἀϑάνατοι δέ τε σῆμα. Il. σ, 237 τόν ῥ' ἤ τοι μὲν ἔπεμπε coll. σ, 585. — Il. δ, 237 τῶν ἤ τοι αὐτῶν.

Post particulas inferuntur has: ἀλλά Il. α, 211 ἀλλ' ἤ τοι ἔπεσιν μὲν coll. Il. δ, 9, 13, 62 ω, 45. — Il. ϑ, 35 ἀλλ' ἤ τοι πολεμῶμεν. Il. ψ, 828: ἀλλ' ἤ τοι τὸν ἔπεφνε. Il. ϑ, 502 ἀλλ' ἤ τοι νῦν μέν coll. Il. ι, 95 Od. η 291. — Δέ Il. ε 808 σοὶ δ' ἤ τοι μὲν ἐγὼ παρά ϑ' ἵσταμαι ἠδὲ φυλάσσω, ubi tamen σοὶ δή τοι scribendum. Il. ο, 211 ἀλλ' ἤ τοι νῦν μέν γε Il. ρ, 514 ἀλλ' ἤ τοι μὲν ταῦτα

coll. ϱ, 414 υ, 435 Od. π, 127. — Post ἔνϑα Il. π, 399 ἔνϑ' ἦ τοι coll. ν, 141 ζ, 861 λ, 235, 567 π, 426 ξ, 258. — Od. ϱ, 428: ἔνϑ ἦ τοι μὲν ἐγώ. Post νῦν δέ Il. τ, 23: νῦν δ' ἦ τοι μὲν ἐγὼ coll. ib. 67. — Post ὄφϱα Od. γ, 419 ὄφϱ' ἦ τοι et post ὥς Od. ε, 24: ὥς ἦ τοί κείνους coll. ω, 432. — Od. ϱ, 257: ὥς ἦ τοι Ὀδυσσεὺς ἤδη ἐν πατϱίδι γαίῃ.

His nondum ad finem perducta est haec de particulis affirmativis dissertatio. Superest enim, ut demonstremus, quibus modis earum usus apud recentiores ab homerico pendeat aut ab eo recedat. Ne tamen terminos huiusmodi dissertationibus academicis positos nimium egrediamur, materiam hanc satis uberem et rem scitu nequaquam indignam novae dissertationi sequenti fasciculo inserendae reservabimus.

Argumentum primae partis.

I.

De prosapia nominum quae e χεὶϱ et νίπτω componuntur p. 361 — p. 415.

II.

De usu et copulatione particularum quibus disjunctio aut asseveratio et obtestatio apud Homerum indicantur.
